

CORNELI TACITI

DIALOGVS DE ORATORIBVS

AD CODICES DENVO CONLATOS

RECOGNOVIT

ADOLFVS MICHAELIS



LIPSIAE

FORMIS ATQVE INPENSIS BREITKOPFII ET HAERTELII

MDCCCLXVIII

735-76

WILHELMO HENZEN

PRAECEPTORI HOSPITI AMICO

ADOLFVS MICHAELIS

V. S. L. M.

Dialogum de oratoribus circa annum 1470, decennio fere postquam repertus est, una cum reliquis Taciti operibus quae quidem tum nota erant primus edidit Vindelinus Spirensis, in toto uolumine presse secutus librum pessimum, qui Matthiae Coruini iussu scriptus cum postea Sambuci fuisset hodie in bibliotheca V i n d o b o n e n s i *adseruatur* (*n.* CCCLI). *huius editionis Venetae siue Spirensis innumerabiles errores Franciscus Puteolanus maxime* (*Mediol. sine anno; Venet. a.* 1497) *et Beatus Rhenanus* (*Basil. a.* 1533) *tollere conati sunt nullius libri manu scripti ope adiuti; quorum uterque cum haud pauca feliciter emendauerit, perexigui fructus fuit opera a Philippo Beroaldo in emendando dialogo conlocata* (*Rom. a.* 1515). *primus post Vindelinum Spirensem scripto exemplo usus est Iustus Lipsius* (*Antu. a.* 1574), F a r n e s i a n o *codice* (*C*) *a Fuluio Vrsino suppeditato, qui quamquam iusto pluris a Lipsio aliisque aestimatus tanto tamen et pleniora et integriora Taciti uerba praebuit, ut suo iure Lipsiana editio, multis praeterea et praeclaris editoris emendationibus ornata, per longum tempus ceterarum editionum tamquam fundamentum extiterit. neque enim quicquam utilitatis attulit codex* P a r i s i e n s i s (*P*) *Vindobonensi isti prauitate paene par a Petro Pithoeo* (*Paris. a.* 1580) *in usum uocatus; permulta uero sagaciter correxerunt cum ipse Pithoeus tum Antonius Muretus et*

Valens Acidalius iuuenis inter paucos ingeniosus (Hanou. a. 1607), quorum uirorum inuenta magna ex parte postea repertis codicibus melioribus conprobata sunt. recentiorum editorum, inter quos I. Fr. Gronouium (Lugd. Bat. a. 1673) honoris causa nomino, nulli noua librorum scriptorum subsidia praesto erant usque ad Gabrielem Broterium (Paris. a. 1771), qui quattuor codicibus V a t i c a n i s 1518 (D). 1862 (A). 2964. 4498 (Δ) non satis diligenter conlatis ita usus est, ut plerumque ne constaret quidem quid cuique tribuendum esset, summa autem codicis A praestantia aegre diuinari posset. itaque omnis artis criticae usus ad librum F a r n e s i a n u m C redire uidebatur, quem certatim contulerunt Saluator Cyrillus, Carolus Wilhelmus Schluttigius, Ioannes Schrautius. Cyrilli conlatione iussu Niebuhrii facta usi sunt Immanuel Bekkerus (Lips. a. 1831) et Ludouicus Schopenus (diorthotica in Cornelii Taciti dial. Bonnae a. 1858), Schluttigiana a Doederlino cum Walthero communicata Eckateinius in adornando Waltherianae editionis uolumine quarto (Hal. a. 1833), Schrautiana P. Petersenus (annott. in Corn. Tac. Spec. II. Confluent. a. 1835). paullo postea A. E. Eggerus codicis P a r i s i e n s i s P olim a Pithoeo adhibiti conlationem edidit (apud Zimmermannum Zeitschr. für die Alterthumsw. III. 1836 p. 337 seqq.), ni mirum ut adpareret quam nulla inde utilitas ad emendandum dialogum redundaret; neque aliter de codice V i n d o b o n e n s i iudicandum est, cuius ab I. H. C. Schubarto conlati selectas quasdam lectiones protulit Philippus Carolus Hessius in editione dialogi quae Lipsiae prodiit anno 1841. eodem uero anno Ludouicus Trossius librum Perizonianum siue L e i d e n s e m (B) a se indagatum, qui

praeter dialogum eiusdem Taciti Germaniam et Suetoniani libri de uiris illustribus fragmentum continet, Hammone typis describi iussit, cuius libri quamuis neglegenter expressi eximiam bonitatem periti omnes statim perspexerunt. itaque postquam a Francisco Rittero (Cantabr. a. 1848) *denuo conlatus est, huius codicis auctoritati paene totos se addixerunt qui posstea dialogum tractarunt. quamquam praeter hunc ne* Vaticano *quidem libro A suam auctoritatem derogandam esse neque Massmannum Germaniae editorem fugerat et Nipperdeius optime demonstrauerat (Hall. Lit. Zeit.* 1848 *p.* 844 *seq.). quem librum cum anno* 1858 *Romae excuterem, statim uidi eum integriorem esse ipso Leidensi codice, idemque Reifferscheidius (Sueton. reliqq. p.* 411 *seq.) intellexit. huic igitur libro primas partes deberi in dialogo denuo recognoscendo constabat. praeterea* Leidensem *quoque codicem B, cum Rittero non ubique fidem haberem, denuo contuli, et uero haud raro illum ipsi librario attribuisse quae correctoris sunt cognoui. denique ut tandem aliquando certum de reliquis quoque codicibus iudicium ferri posset, postquam codicis* Veneti *(V) Bononiae anno* 1464 *scripti uarias quasdam lectiones Thomas edidit (Münchn. gel. Anz.* 1853 *p.* 1 *seqq.), libros* Farnesianum *C* Vaticanos *DΔ (quem a Bahlmanno in usum F. Ritteri conlatum esse tum non noram)* Ottobonianum 1455 *(E), quos ex uno exemplo communem traxisse originem dixerat Nipperdeius Reifferscheidius negauerat, intercedente Wilhelmo Henzeno, uiro praestantissimo et quondam contubernali amicissimo, summa accuratione in usum meum contulit Richardus Schoenius. quibus subsidiis quomodo utendum sit paucis exponam.*

omnium dialogi Germaniae fragmenti Suetoniani codicum quotquot nouimus hodie constat communem fontem esse librum illum, quem ***Henoch Asculanus*** *anno 1451 a Nicolao V pontifice maximo, bibliothecae Vaticanae conditore, 'ad inquirendum et transscribendum libros antiquos' in Galliam Germaniam Daniam missus in monasterio quodam Germaniae repperit. quod monasterium potest sane fuisse Hersfeldense (conf. Vrlichsium Eos II p. 230. 351 seqq.). nam Corbeiae librum illum repertum non esse probabilibus argumentis demonstrari potest*[1], *Fuldense uero monasterium ut habuisse olim codicem dialogi nono fere saeculo scriptum paene certum est, ita saeculo uel tertio decimo uel quarto decimo hunc codicem periisse, ut iam non posset ipse ab Henocho reperiri, probare possum; quod tamen cum non meum inuentum sit ei uiro illustrissimo demonstrandum relinquo, penes quem antiquissimi codicis Fuldensis lacerae reliquiae hodie quoque extant. ut igitur redeam ad ἕρμαιον Henochianum, eius notitiam debemus Iouiano Pontano, cuius narrationem in codice B p. 47*^{b} *ad libelli Suetoniani initium adscriptam habes hanc.* C. Suetonius scripsit de uiris illustribus, cuius exemplum [secutis] secutus Hieronymus ipse quoque libellum de scriptoribus Christianis edidit. nuper etiam Bartholomeus Facius familiaris noster de uiribus illustribus temporis sui libros com-

1) *quod Wibaldus Corbeiensis anno 1149 ad Manegoldum Paderbornensem scribit* lege Tranquillum, lege Cornelium Nepotem et alios quosdam gentiles de uiris illustribus: tanta esse scripta intelliges quae uix a quoquam studiosissimo legi possint (*conf. monum. Corbei. edita a Philippo Iaffé p. 277*), *hoc e notissimo loco* Ieronimi presbiteri (*ib. p. 278*) *haustum uidetur, qui legitur in praefatione libri de uiris illustribus II p. 821 Vall.*

posuit, qui ne hos Suetonii illustres uiros uidere posset mors immatura effecit. paulo enim post eius mortem in lucem rediere, cum multos annos desiderati a doctis hominibus essent. temporibus enim Nicolai quinti pontificis maximi Enoc Asculanus[2]) in Galliam et inde in Germaniam profectus conquirendorum librorum gratia hos quamquam mendosos et imperfectos ad nos retulit. . . . . Iov. PONTANVS. VMBER excripsit.[3]) *rediit igitur Henoch anno uel 1457, quo anno Facius mortem obiit, uel 1458, mortuo iam Nicolao V et sedem pontificiam tenente aut Calixto III* (1455—1458) *litterarum antiquarum contemptore aut Pio II, qui pontifex factus ne ipse quidem, id quod mireris, haec studia fouebat. qua re explicari potest quod in bibliotheca Vaticana, quam uterque pontifex non multum curabat, neque ipse liber Henochianus extat neque extitisse eius ullum exemplum Lipsii tempore uidetur. iam uero cum constet Henochum non antiquissimum illum librum Fuldensem repperisse sed, ut certe conicere licet, eius apographum post aliquot saecula factum, non possumus certo diiudicare, utrum Henoch, quae fuisse uidetur C. L. Rothii sententia* (*Sueton. p. LXV seqq.*), *ipsum hoc exemplum Germanicum an, quae Reifferscheidii* (*Sueton. rell. p. 411 seqq.*) *suspitio est, apographum a semet factum in Italiam asportauerit. quaedam, ni mirum, librorum nostrorum uitia e scribendi conpendiis orta sunt, quae, cum a saeculo nono sint aliena,*

2) $\overset{\text{E}}{\text{A}}$sculanus *codex, sed E erasum est.*

3) *Reifferscheidius Suet. rell. p. XV haec uerba neque a Pontano neque ab eo qui codicem scripserit exarata sed ab altera eiusdem fere aetatis manu addita putat. ego ipsius librarii manum adgnoscere mihi uisus sum.*



eodem iure saeculo et tertio decimo et quinto decimo tribuas.

quae res utut se habet, e libro Henochiano mox duo exempla descripta esse uidentur, quae X et Y litteris signabo, ab homine diligenti sed indocto alterum, alterum a uiro minus religioso uerum et doctiore et ingeniosiore. qui codices perinde atque Henochianus perierunt, uerum extant prioris (X) duo exempla, Vaticanum A et Leidense B, alterius (Y) plura. recte enim Reifferscheidius demonstrauit codices A et B non ex ipso Henochi libro sed ex huius libri apographo descriptos esse. A autem nitidissime et ut scripturam antiquam quodam modo imitaretur scriptus est in chartis oblongis iussu nobilis cuiusdam uiri, cuius insigne gentilicium aquilam nigram campo deaurato eminentem exhibens in ima scheda prima pictum est. quem librum qui exarauit eum codicem X summa religione expressisse et perpauca, ut ipsius uerbis utar, 'meliuscula fecisse' inde patet quod, omissis rebus orthographicis, octo tantum locis A lectionem praebet sibi propriam[4]. *multo plura ut par est nouauit Iouianus Pontanus, quem anno 1460 tres illos libellos descripsisse codex B testatur his uerbis (p. 1*[b]*):* Hos libellos Iouianus Pontanus excripsit nuper adinuentos et in lucem relatos ab Enoc Asculano[5], quamquam satis mendosos. M. CCCC. LX Martio mense. *et olim quidem ipse liber Leidensis in membranis oblongis satis eleganter exaratus Pontani manu scriptus esse putabatur, unde apographum Pontani*

4) *c.* 21, 1 fateor. 26, 14 forda. 30 certo. 30, 16 in. 31, 30 mutuabimus. 36, 10 hic. 38, 5 dicendi. 41, 14 horum *om. adde c.* 9, 33 liberalitatem. 14, 7 minime *om.* 19, 19 ferebantur. 40, 18 ullius, *quibus locis A cum solo E consentit* (*conf. not.* 13).

5) *supra* A *litteram altera* (E?) *erasa est.*

uolgo audit. quam opinionem falsam esse Geelius (catal. libr. manuscr. p. 121 seq.) idoneus auctor est; immo e Pontani apographo quod periit descriptus est codex B. itaque quae huius solius libri fide nituntur non satis constat sintne a Pontano an ab eo qui codicem B scripsit profecta. huic deberi uidentur quae post scripta iam Taciti uerba ab ipso librario correcta sunt[6]) ; *quae cum maiore ex parte recte emendata sint, tanto magis dubitabis quae in ipsis uerbis noua reperias cuncta Pontano uindicare*[7]). *de qua quidem re ut certo iudicari hodie nequit, ita constat post aliquantum temporis spatium totum librum ab homine quodam non indocto (b) correctum esse, qui cum aliis libris uel manu scriptis uel typis expressis, uelut Puteolani editione (p), usus esse possit, immo uidea-*

6) *c.* 7, 16 et *add.* 16, 12 ipsum .. manifestum. 36 uester.. uideturque. 34 fere. 18, 16 in *add.* 19, 3 an. 23, 4 inuitus. 12 et *add.* 28, 1 tum. 29, 9 dicacitati. 30, 13 refert. 33, 18 uideor. 19 persequar. 28 paratum (?) 34, 10 magnus. *praeterea cum E communia haec habet c.* 20, 4 de *add* 28, 21 dicere (?). 29, 24 notitia. 30, 8 exercitationes.

7) *recte emendatā sunt haec c.* 6, 9 administrationi. 8, 15 quoque. 10, 33 efferuescit. 35 offendis. 14, 14 uero. 19 eruditionis. 15, 8 ipse. 16, 5 si *add.* 17, 2 Menenium. 4 Coelium. 19, 17 odoratus. 18 uideretur. 20 erant. 21, (4 Toranio.) 42 rubor. 25, 25 scias. 27, 3 fracta. 28, 9 in *add.* 30, 6 qua usos. 36, 12 reorum. (38, 16 Vrbinae.) *contra aut male admissa aut sine necessitate correcta haec sunt c.* 3, 23 Graecorum. 7, 1 ipse. 16 uacuos. 9, 36 et ut. 10, 2 omnis *om.* 37 ac. 11, 11 Neronem. 12, 2 increpat. 13, 30 mea. 14, 2 Libanius. 15, 11 in *om.* 16, 16 ac. 23 Hypericlem. 17, 24 et *om.* 19, 9 et. 19 inserere. 20, 5 et. 21, 12 iis. 22, 6 ex. 7 locosque. 15 limine. 23, 20 solo. 25, 14 Hypericles. 33 uerum. 36 Sergium. 26, 35 laederet. 27, 7 quidem. 31, 15 in *om.* 36 artem. 38 ciuilis *om.* 32, 28 recessimus. 37 audiuerint. 34, 10 multumque. 26 dissimularentur. 36, 27 cogerent. 28 ipsi *om.* 33 tuerentur. 37, 42 quoque. 43 ipse. *adde uocabula transposita c.* 5, 27 quadam uelut. 17, 6 potius temporibus. 19, 5 dicendi directa. 22, 19 tantum eo. 29, 18 ullas quidem.

tur, eius emendationibus plerumque adscripsi alterius quoque auctoris siquis esset nomen.

reliquos codices praeter A et B omnes ex uno apographo (Y) libri Henochiani manasse postquam Nipperdeius intellexit, Reifferscheidius negare non debuit. nam ut nihil dicam de fine capitis 25 Germaniae ab A B falso loco posito, qui error cum in ceteris libris ad unum omnibus tum a recentiore codicis B correctore b sublatus est, rem confici puto paucis exemplis e magno numero quem commentarius praebet excerptis. habent enim

	AB	*CDEΔ (PV) p*
c. 22,4	oratores aetatis eiusdem	eiusdem aetatis oratores
22,9	iam senior	senior iam
30,21	artis ingenuae	ingenuae artis.

eadem ratio est horum locorum:

c. 18,30	*X* quidem autem	*Y* autem *et*
31,24	omnem orationem	orationem; *porro*
24,14	tantum	in tantum
28,31	militarem	rem militarem
31,11	haec	haec ipsa
31,42	haec	haec quoque.

uides duobus locis in X addita esse aperte falsa, quae Y omisit, contra in Y semel certe (c. 28,31) recte suppletam esse lacunam illius libri. unde caue temere conicias reliquis quoque locis incusandam potius esse neglegentiam eius qui codicem X scripsit quam interpolationem in Y commissam. nam quam in promptu fuerit priores duos locos glossematis liberare inde adparet quod eadem in B ab ipso librario deleta sunt, nec sane difficile erat c. 28,31 rei uocabulum addere. itaque malui reliquis locis AB codices sequi, praesertim cum plurimis exemplis constet

in uniuersum codicem X interpolationibus caruisse nec fere correcta esse in libro Y nisi quae aut a uiro paullo doctiore diuinari aut scribendi conpendiis rectius explicatis restitui potuerint[8]. *singula autem huius generis siue familiae exempla, quae est natura interpolationis, admodum inter se discrepant. neglegentissime et tamquam per somnum scriptus est codex V a t i c a n u s D, uocabulis litterisque permultis temere omissis repetitis mutatis, sed ut numquam consulto institutae interpolationis eum arguas, raro feliciter ei cessisse emendationem iudices*[9]. *itaque habemus hunc codicem ut neglegentem ita sincerum libri Y testem; cuius sinceritatis non leue documentum est quod in rebus orthographicis, hac quidem in re codici A haud dissimilis, aliquotiens solus antiquam rationem seruauit. doctius munere suo functi sunt qui libros F a r n e s i a n u m C, accurate scriptum et splendide exornatum, et O t t o b o n i a n u m E exararunt. quorum ille pauca bene correxit*[10], *hic, quem in dialogo ego primus adhibui, tot recentiorum grammaticorum emendationes occupauit ut praeter Pontanum et Puteolanum nemo saeculo quinto decimo in emendando dialogo plus praestiterit*[11]. *sed*

8) *prioris generis sunt, ut leuiora omittam,* Saleii *nomen* (*c.* 5, 7. 9. 9) *et* ius uerrinum (*c.* 23, 2) *recte restituta, deinde iustus numerus c.* 17, 17 *conputando inuentus; alterius. c.* 5, 17 necessitudines. 7, 17 nomina. 19, 29 expectandum. 20, 16 non. 26, 15 clausula. 41, 11 tamen. *apertae interpolationis exempla sunt c.* 15, 18 contentus. 28, 1 et. 35, 27 cogitare. 37, 42 eo. *non numquam B coniectura idem adsecutus est* (*c.* 18, 33 ueniam. 20, 6 dicentem. 26, 28 uelut), *semel A* (*c.* 10, 3 sequitur).

9) *c.* 13, 16 aliquid. 31, 17 ira (?). 32, 21 detrudunt. *eadem postea coniecerunt Puteolanus Lipsius Halmius. deinde c.* 32, 37 *Pithoeanum* quos *occupauit,* 38, 23 *cum* Δ *consentit* (alia pacauerat).

10) *c.* 30, 14 Diodotum. 32, 11 isse. *de aliis conf. adn.* 17. 18.

11) *Puteolani* appellamus *c.* 1, 5. Aufidi 23, 9. sic 25, 16. ferunt 25, 24. exercerent 31, 5; *Rhenani* arcem 10, 23. cum 14, 2.

supersunt non pauca alia utrique libro C et E communia, quae e codice Y hausta esse conicias, nisi obstaret quod D cum libris A B facit; unde codici Y in his cum X conuenisse, C E uero coniecturis indulsisse patet. quam sententiam recte se habere statim intelleges perlustratis hisce exemplis:

	ABD	*CE*
c. 12,12	et	et ex
17,20	fateretur	fatebatur
19,12	laudabat	laudi dabatur
21,20	regule	illae
25,5	constat	constaret
27,16	cum	et cum
31,23	postulabit	postulauerit
37,23	est	est *om.*
39,10	ipsam	ipsa
41,1	forum	horum
41,3	quod nemo	quod nemo *om.* [12]).

accedit quod ei codices in quibus quam maxime inter-

scena 20, 13. studio 26, 23. uersatus 31, 20; *Pithoei* ei 17, 20. sufficere 32, 2; *Acidalii* in quantum 24, 45. esset 22, 11; *Gronouii* ne 29, 18; *Spengelii* permittit 23, 27; *Haasii* ipsos 6, 9. *minus feliciter praeter alia coniecit c.* 30, 5 decurrens. *quod uero Reifferscheidius p.* 415 *Lerschium secutus codicem saeculo* XVI *adscribere maluit propter magnum numerum eorum quae ei cum Beroaldo Statio aliis communia sunt, errasse eum puto; mihi certe uidebatur saeculi* XV *esse, quae Rothii quoque Basiliensis fuit sententia, neque eum post Pithoei et Acidalii tempora scriptum esse quisquam contendet.*

12) *quibus exemplis addendas puto correcturas non satis feliciter institutas c.* 11, 3 enim quid. 27, 13 nec. *neglegentiae potius quam interpolationi tribuerim haec: c.* 6, 25 perfert. 25, 1 et. 31, 14 neque. 36 nec. 32, 12 neque. 41, 14 que *om. porro quae recte sunt emendata fere leuiora sunt: c.* 2, 17 omni. 26, 29 incusato. 27, 6 hoc. 28, 17 erat. 31, 1 hoc. 17 ad. 30 permouendos

polatio grassata est, Parisinum dico et Vindobonensem, plerumque a parte librorum A B D stant. iam uero orta quaestione utrum C an E prior hanc interpolationem instituerit non dubitabimus illum nominare, simul atque cognouerimus permultas illas et praeclaras emendationes quibus E insignis est (adn. 11) a C abesse. itaque eum qui E scripsit uidemus codice C tamquam fundamento usum esse. nec tamen hoc contentus fuit sed praeterea in auxilium uocauit codicem A[13]*, maxime in priore operis parte; unde factum est ut saepissime A B E alteram eamque plerumque emendatiorem tueantur lectionem, alteram et C D et ceteri codices omnes*[14]*. quid? quod ille non numquam etiam uel codicem B uel Pontani apographum consuluisse uidetur*[15]*. erat igitur uir doctus, grammatici*

13) *locis in adn. 4 enumeratis addendum est quod c.* 9, 18 *AE* ^{c}extudit *exhibent, reliqui omnes* excudit. 12, 6 *A* secedit *uel* sedit, *E* sedit, *reliqui* secedit, 32, 27 *AE* arbitratur (arbitratus *B*)*:* arbitror *CD.*

14) *maxime ad rem faciunt haec exempla: c.* 5, 11 alius *ABE:* alium *reliqui.* 8, 10 omnibus*:* hominibus. 12, 16 admissa*:* amissa. 14, 24 plurium*:* plurimum. 15, 16 absit*:* abiisset. 18 concentus*:* contentus: 20 Asinio*:* ab Asinio. 17, 7 ipso*:* ipse. *18 decem*:* uiginti. 33 uocetis*:* uocitetis. 18, 25 uideretur*:* uidetur. 22, 28 fugitet*:* fugiet. 24, 9 modo *om.:* modo. 17 collegerit*:* colligitur. 26, 24 deiectus*:* deuectus. 30 plurisque*:* plerisque. 29, 15 relinquit*:* relinquitur. 33, 10 ingressuri*:* ingressi. *12 inscientia*:* scientia. 35, 4 tempora*:* tempore. *37, 13 sed et*:* et. 17 accedebat*:* accedat. 21 de *om.:* de. 40, 15 accipimus*:* accepimus. *asteriscum tribus locis addidi ubi E perperam codicem A secutus est. memorabile denique est quod c.* 20, 16 *E falsum adeundi uocabulum a CD positum postea ex auctoritate libri A correxit ut audiendi euaderet uocabulum*

15) *sic c.* 5, 23 factaque *BE:* fataque reliqui. *11, 18 irrumpunt*:* irruperunt. 15, 1 non*:* num. 28, 9 in *add.:* in *om. praeterea ex auctoritate codicis B postea correcta uidentur ab E c.* 16, 5 si *add.:* si *om.* 17, 2 Menenium*:* me nimium. 19, 17 odoratus*:* adoratus. 18 uideretur*:* uidetur. *quamquam haec omnia, excepto fortasse eo exemplo quod secundo loco posuimus, tam E quam B potuerunt proprio quisque Marte corrigere.*

munere cum iudicio nec sine ingenio functus. C uero postea ab altera manu (c), aduocato ni fallor codice A, correctus est.

sed quod modo dixi eas lectiones, quas CE praebeant, respuant reliqui libri ABD, librario codicis C tribuendas esse, id quodam modo corrigendum esse uideo. extat enim codex V*aticanus* Δ *in quibusdam rebus singularibus libro Farnesiano C tam similis, ut quin eadem utriusque origo sit nequeat dubitari*[16]. *ne tamen* Δ *e C descriptum credas plurimi loci efficiunt quibus C solus seu neglegenter seu temere uerba scriptoris aliquo modo immutauit,* Δ *uero cum ceteris codicibus omnibus facit*[17]. *itaque et C*

16) *conspirant C*Δ *contra reliquos codices omnes in his lectionibus:* *c.* 5, 2 modesti. 6, 9 illos. 9, 36 ut quae 10, 2 omnes. 14, 1 stinctus. 20, 21 exigetur. 21, 21 reddent. 28, 21 quia. 30, 22 dialecticae. 31, 5 iis. 32 Zenophon. 33, 29 et ornatorum. 35, 17 iis. 17 quidem etsi. 26 persequuntur. 37, 11 iis. *accedit ad hunc consensum E, scilicet C libro usus,* *c.* 14, 12 docebat. 21, 20 illae. 25, 5 constaret. *deinde huc pertinent* *c.* 25, 1 perscriptam et *C* praescriptam et Δ et prescriptam *E*: praescriptam a te *ABD*. 32, 11 isse *C* ipse Δ: isse et *ABD* isset *E*. *denique memorabile est quod* Δ, *cum* *c.* 36, 12 (rerum). 39, 12 (quam quando) *cum priore libri C manu faciat, alibi cum c consentit:* *c.* 15, 16 absit. 19, 1 admirationis. 27, 5 aparte. 29, 5 et uires.

17) *loci quibus C solus aliquam lectionem tuetur neque* Δ *consentientem habet hi sunt. et primum quidem temere omissa uocabula in C sunt* *c.* 1, 1 cum. 3, 10 tu. 8, 21 ac. 11, 20 nisi. 12, 8 penetralia hoc. 30 aut Varii. 16, 29 si. 21, 25 minus. 16 uis. 25, 39 nec. 29, 7 aut. 37, 41 et; *deinde male addita* *c.* 8, 36 aetate. 28, 3 etenim iam (*pro* etiam). 30, 29 quid orator. 36, 26 qui. *denique praebet* Δ *c.* 2, 5 haberetur. 3, 11 omisit. 5, 16 qua. 18 nostra. 8, 3 Vibium. 18 sine. 9, 36 deserenda. 10, 8 Saleium. 24 mauis. 34 uis. 12, 28 qui. 14, 2 Vibanius. 16, 22 antecedit. 29 uideatur. 37 mense. 19, 25 at. 20, 12 impexam 18 uolunt. 19 ac. 21, 12 conscribuntur. 25 quam. 29 nisi. 43 Coruinum, 25, 7 quo alio. 34 detexisse. 36 C. Laelium. 35 in commune. 28, 2 Secundo. 29, 25 insumitur. 30, 14 Diodorum. 16 copia. 31, 6 implerent. 30 aptos. 36 neque. 33, 9 nesciamus. 28 parate. 34, 25 semper plenum semper nouum. 26 bene. 35, 3 Ciceronis. 36, 23 magistratus. 37, 43 qui. 41, 24 uiri. 31 utatur. *itaque his omnibus locis quod in C legitur ab ipso librario C nouatum est.*

et Δ originem ducunt e communi archetypo hodie deperdito (x), ut manifestum sit quidquid CΔ uel CEΔ habeant ab ABD diuersum ad hunc librum x referendum esse; porro quoniam hic cum libro D fraternitatis iure ut ita dicam coniunctus est, facile explicatur quod non numquam DΔ consentiunt contra codicis C et reliquorum auctoritatem[18]. *nec denique desunt quae in solo Δ reperiantur, bona pauca, pleraque e neglegentia orta*[19]. *nolui autem uariis libri Δ*

18) *praeterquam quod Δ omnibus iis locis quos praecedenti adnotatione enumerauimus cum D consentit, DΔ soli exhibent* c. 8, 27 congere. 9, 5 consequentur. 10, 31 consurgere. 12, 8 haec. 19, 14 multorum. 20, 21 enim *om.* 21, 25 eloquentiam. 24, 6 incessere. 29, 12 histionalis. 30, 27 angustiis. 35, 8 scolam. 40, 23 dissentionibus. 41, 11 usu; *adde c.* 21, 42 exuritoris *D* exurgitoris Δ. *his codicibus accedit E in his: c.* 8, 30 possint. 9, 24 praecepta. 15, 14 conquiro; *cDΔ consentiunt in his: c.* 27, 5 aparte. 29, 5 et uires. *itaque his quoque locis x habuisse uidetur quod in DΔ, non quod in C legitur. at non satis perspicio quomodo factum sit ut non numquam CD consentiant, cum Δ a parte ceterorum librorum stet; legitur enim in Δ c.* 7, 4 praeturam, *non* praetura (*CD*). 17, 6 adscribatis, *non* adscribitis. 17 C. & .X., *non* C & XX. 18, 32 interroges, *non* interrogas. 22, 28 fugitet, *non* fugiet. 26, 24 deiectus, *non* deuectus. *fortasse hoc ita explicari potest ut Δ interdum codicem E consuluisse credamus; uterque enim solus has lectiones tuetur: c.* 16, 37 et fama sed. 19, 28 et 20, 22 Actii. 29, 8 improbitati 31, 20 uersatus 39, 6 auditorie. *praeterea uno certe loco Δ id quod in Y scriptum erat diligentius seruauit quam CD, cum c.* 12, 17 *lacunam indicaret* (in ore .. ...) *quam CD neglexerunt.*

19) *bene Δ emendauit c.* 26, 1 optimo. 37, 2 stimulabantur (stimulabatur *D*). 40, 30 famam *quamquam posterioribus duobus locis dubito e Schoenii silentio certi aliquid concludere, praesertim cum Bahlmannus, qui hunc librum (nec uero cod. Vat.* 3429, *conf. Ritterus n. rhein. Mus. XX p.* 217. *XXI p.* 550) *Ritteri in usum contulit, a Schoenio dissentire uideatur. deinde Δ ex parte recte emendauit c.* 23, 9 cui Aufidi (cui fidi *D* Aufidi *E*), *et recte scripsit c.* 38, 4 paucissimas horas. *at male idem solus exhibet c.* 1, 24 anteferre. 2, 8 affectabar. 13 asperum. 6, 25 fert. 10, 2 labores. 9 ideo. 13 criminibus. 18 lyricos. 45 expressi. 11, 2 desperant. 12, 21 intropiscere. 15, 6 maligni in opinionem. 16, 8 [im]promitto. 17, 30 audire. Coruinius. 18, 6 in nulla. 28 disiunctum. 19, 12 si dicendo *om* 19 inseret. 28 accipiunt pro tempora.

lectionibus augere commentarii mei molem, sed satius duxi hoc loco eas conponere, omissis tamen rebus orthographicis[20].

restant quattuor codices integri, *Venetus (V) Harleianus* 2639 *Parisiensis (P) Vindobonensis, et duorum fragmenta; codex enim Vaticanus* 2964 *praeter Germaniam continet posteriorem dialogi partem inde a c.* 26, 29 expectabam *Vrbinas* 1194 *praeter libri Suetoniani reliquias priorem usque ad c.* 27, 8 in confesso est. *quorum librorum quamquam accurate factae conlationes excepto P praesto mihi non sunt, hoc tamen adfirmare possum, omnes — nisi forte de Veneto dubites, quem non esse ex C descriptum constat — ad idem genus codicum maxime interpolatorum pertinere, uideri autem Venetum ceteris paullo integriorem, Harleianum*[21]) *Parisiensem Vindobonensem eiusdem correctoris interpolatricem manum expertos esse, summam denique neglegentiam et temeritatem adparere in Vaticano et Vrbinate. quod si addidero hos libros neque ex D descriptos esse, cum c.* 5,3 *uerba in hoc omissa seruent, neque ex C uel E, cum optimis eorum emendationibus careant, sed e tertio*

20, 11 nec prefert (*omisso* magis). 23 inclinatus. 21, 1 semper. 6 ut, *non* cum. 35 prioribus. 22, 7 lectiores (*idem b correxit*). 23, 10 Nomani. 16 ieiumio. 20 propie. 24, 10 usque, *non* iis quos. 27, 8 est *om.* 9 eloquentia (*omisso* et). 15 circa. 29, 13 apu*t*. 32, 3 deceamur. 33, 19. 28 excitationes. 34, 15 aspernuntur. 34 iudicium. 35 accusatiorem. 37, 20 utrum aut de. 39, 6 fabularię. 17 plaususque. 40, 7 admonebant. 24 senatu de concordia. 41, 6 pronuntiam. 25 aut deus.

20) *singularia restant haec:* c. 31, 28 dialecticae *B*(*b*?)Δ: dialeticae. 32, 16 uis *Ab*Δ: ius. *qui consensus ut fortuitus esse uidetur, ita memoratu dignius est quod* c. 16, 21 Δ Mnestor *exhibet, cum A* Nestor *superaddito* mne, *C* Menestor, *BDE* Nestor *habeant.*

21) *quod de Harleiano libro scripsi fide nititur C. L. Rothii praef. ad Sueton. p. LXI. continet praeterea fragmentum Suetonianum.*

codicis Y apographo (y) eoque neglegentissime facto, satis superque de eis dictum uidebitur. qua re ut totius disputationis summam conplectar hoc tibi stemma adpono, asterisco notatis eis libris qui docta manu correcti sunt:



in imo margine huius editionis codicum ABCDE uarias lectiones praeter uolgaria scribendi conpendia et e *litteram pro* ae *diphthongo positam adscripsi omnes; ceteros libros perraro in usum uocaui. praeterea e uasta farragine coniecturarum a grammaticis prolatarum eas selegi, quas praesto habere in libello scholarum maxime usui destinato tam uiris doctis dialogum praelegentibus gratum quam eorum auditoribus utile fore iudicabam. qua in re suo quamque auctori, sub cuius nomine primum publici iuris facta est, uindicare curae mihi fuit. denique addidi quasdam epistulas cum historia inuenti Henochiani coniunctas.*

scribebam Tubingae mense Decembri a. 1867.

Excerpta ex epistulis a Poggio ad Nicolaum de Nicolis datis (Poggii epistt ed. Thomas de Tonellis uol. I).

1 (*Londini*) *die 29 m. Oct.* (*a. 1420?*). .... nam de monasterio Corbeio quod est in Germania non est quod speres; dicitur multos esse in eo libros: non credo rumoribus stultorum. at si uera etiam essent quae dicuntur, patria omnis latrocinium est; etiam ipsi tribules qui in curia morantur non redeunt tuti ad patriam suam. itaque hanc cogitationem missam face. (*p.* 48.)

2 *Romae die 3 m. Nou.* (*a. 1425?*). .... quidam monachus amicus meus ex quodam monasterio Germaniae, qui olim a nobis recessit, ad me misit litteras quas nudius quartus accepi; per quas scribit se reperisse aliqua uolumina de nostris, quae permutare uellet cum nouella Ioannis Andreae uel tum speculo tum additionibns, et nomina librorum mittit interclusa. speculum et additiones sunt uolumina magni pretii; ideo uideas si tibi permutatio uidetur facienda. inter ea uolumina est Iulius Frontinus et aliqua opera Cornelii Taciti nobis ignota; uidebis inuentarium et quaeres illa uolumina legalia si reperiri poterunt commodo pretio. libri ponentur in Nurimberga, quo et deferri debent speculum et additiones, et exinde magna est facultas libros aduehendi, ut uidebis per inuentarium. haec est particula quaedam, nam multi alii restant; scribit enim in hunc modum: 'sicuti mihi supplicastis de notando poetas, ut ex his eligeretis qui uobis placerent, inueni multos, e quibus collegi aliquos quos in cedula hac inclusa reperietis'. mi Nicolae, rescribe mihi quam primum quid respondeam ei, ut tuo consilio fiant omnia. nil me mouet praeter pauca quae tu ipse notabis. (*p.* 168.)

3 (*Romae*) *d. 15 m. Dec.* (*a. 1425*). .... ad amicum nostrum pro libris misi binas litteras et quidem diuersis nuntiis, quin ordinaui ut, cum litterae essent in Nurimberga, deferrentur ad monasterium per aliquem qui responsum referret, et ad id pecuniam paraui. itaque quam primum spero nos scituros aliquid certius. (*p.* 172.)

4 *Romae V idus Febr.* (*a. 1426*). .... ex Germania responsum est mihi litteras illas esse redditas. spero igitur me habiturum propediem litteras a monacho, et tum tecum omnia communicabo. (*p.* 175.)

5 *Romae noctu XVIII kal. Oct. a. 1426*. .... de libris Germanis nil dicam amplius nisi me non dormire more tuo sed uigilare. quod si quidam prout spero fidem seruarit, liber ad nos ueniet uel ui uel gratis. quin etiam dedi operam ut habeam inuentarium cuiusdam uetustissimi monasterii in Germania, ubi est ingens librorum copia: sed ne tu me molestes ista tua dicacitate, nil amplius scies. (*p.* 187.)

6 *Romae XVI kal. Iun.* (*a. 1427.*) Dixeram Cosmo nostro, quemadmodum scribis, monachum illum Hersfeldensem dixisse

cuidam se attulisse inuentarium, sicut ei scripseram, plurium uoluminum secundum notam meam. postmodum cum summa cura quaererem hunc hominem, uenit ad me afferens inuentarium plenum uerbis, re uacuum. uir ille bonus, expers studiorum nostrorum, quicquid reperit ignotum sibi id et apud nos incognitum putauit. itaque refersit illud libris quos habemus, qui sunt iidem de quibus alias cognouisti. mitto autem ad te nunc partem inuentarii sui, in quo describitur uolumen illud Cornelii Taciti et aliorum quibus caremus; qui cum sint res quaedam paruulae, non satis magno sunt aestimandae. decidi ex maxima spe quam conceperam ex uerbis suis. ea extitit causa propter quam non magnopere curaui hoc ad te scribere; nam si quid egregium fuisset aut dignum Minerua nostra, non solum scripsissem sed ipse aduolassem ut significarem. hic monachus eget pecunia; ingressus sum sermonem subueniendi sibi, dummodo Ammianus Marcellinus, prima decas Titi Liuii et unum uolumen orationum Tullii ex iis quae sunt apud nos communes [*an* non communes ?] et nonnulla alia opera, quae quamuis ea habeamus tamen non sunt negligenda, dentur mihi pro his pecuniis peto autem illa deferri eorum periculo usque Nurimbergam. haec tracto, nescio quid concludam, omnia tamen a me scies postea. (*p.* 207 *seq.*)

7 *Romae pridie kal. Iun.* (*a.* 1427). Optime suspicaris me cum obsignarem litteras oblitum esse illius inuentarii, cuius mentionem feceram in litteris. nunc illud ad te mitto. id autem male accipis quia, cum procurem ut habeamus decadem Liuii et reliqua uolumina de quibus ad te scripsi, putes me omittere hoc uolumen quo maxime indigemus. id quidem imprimis est quod uolo, quin mandaui isti monacho ut uel ipse secum deferret (nam credit se rediturum breui) uel per alium monachum curaret deferendum; alios iussi portari Nurimbergam, hunc uero Romam proficisci recta uia, et ita se facturum recepit. (*p.* 210 *seq.*)

8 *Romae V kal. Oct. a.* 1427. De Cornelio Tacito qui est in Germania nil sentio; expecto responsum ab illo monacho. .... omisi hanc curam librorum absentium et ad eos qui adsunt nobis animum conuerti, nam nil audio praeter fabulas. (*p.* 213.)

9 *Romae die* 11 *m. Sept. a.* 1428. .... Cornelius Tacitus silet inter Germanos neque quicquam exinde noui percepi de eius operibus. (*p.* 218.)

10 *Romae die 26 m. Febr. a. 1428* (*immo 1429*). .... monachus Hersfeldensis uenit absque libro multumque est a me increpatus ob eam causam. asseuerauit se cito rediturum (nam litigat nomine monasterii) et portaturum librum. rogauit me multa: dixi me nil facturum nisi librum haberemus. ideo spero et illum nos habituros, quia eget fauore nostro. (*p.* 268.)

Epistula Nicolai V P. M. ad Ludouicum Erlichshusensem ordinis Teutonici magistrum data (*conf. Voigtium, Wiederbelebung des classischen Alterthums p.* 361).

Dilecte fili. salutem et apostolicam benedictionem. iam diu decreuimus atque ad id omni studio operam damus ut pro communi uirorum doctorum comodo habeamus librorum omnium tum Latinorum tum Grecorum bibliothecam c ndecentem pontificis et sedis apostolice dignitati, et iam ex iis qui reperiuntur omnis generis scriptorum maiorem partem habemus. sed cum multi libri ex antiquis deficiant qui culpa superiorum temporum sunt deperditi, ad inquirendum et transscribendum si reperiantur eiusmodi libros mittimus dilectum filium Enoch Esculanum, uirum doctum Grecis et Latinis litteris, familiarem nostrum, qui diuersa loca et monasteria inquirat, si quis ex ipsis deperditis apud uos libris reperiretur. idcirco nostri contemplatione uelis omnes tui territorii libros sibi ostendere, antiquos presertim et prisce scripture, et simul permittere ut in tuo territorio scribi possit expensis nostris. nolumus enim ut aliquis liber surripiatur sed tantummodo ut fiat copia transcribendi, super quibus ipse Enoch tecum loquetur latius ex parte nostra. datum Rome apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die ultima mensis Aprilis pontificatus nostri anno quinto etc. a. C. 1451. insuper quia ad diuersas mundi partes iturus est, hortamur te ut in omni sua necessitate nostri contemplatione sibi subuenias. — Poggius.

CORNELI TACITI

DIALOGVS DE ORATORIBVS

A codex Vaticanus *1862, chart., obl., saec. XV. continet Taciti Germaniam, Suetonii de grammaticis et rhetoribus fragmentum, Taciti dialogum.*

B codex Leidensis *XVIII. Periz. C. 21, membr., obl., saec. XV. continet dialogum, Germaniam, Suetonii fragmentum.*

C codex Farnesianus *siue Neapolitanus IV. c. 21, membr., obl, saec XV. continet Taciti ab exc d. Aug. XI–XVI, histor. I—V, dialogum, Germanium, Suetonii fragmentum.*

D codex Vaticanus *1518, membr., quadr., saec. XV. continet Porphyrionis commentarios Horatianos, Persii uitam et Cornuti commentum, Suetonii fragmentum, Taciti dialogum, Germaniam.*

E codex Ottobonianus *1455, chart., obl., saec. XV. continet praeter Melam, Nepotis uitam Attici multaque alia fragmentum Suetonianum et Taciti dialogum.*

Δ codex Vaticanus *4498, saec. XV. continet cum alia tum Suetonii fragmentum et Taciti Agricolam, dialogum, Germaniam.*

P codex Parisiensis *7773, saec. XV. continet Suetonii fragmentum et Taciti dialogum.*

V codex Venetus *siue Marcianus XIV. 1, anno 1464 scriptus. continet praeter quaedam Pii II P. M. opuscula Suetonii fragmentum, Taciti dialogum et Germaniam.*

p editio Puteolani *a. 1497.*

*abce litteris notatur quidquid ab altera manu in ABCE mutatum est. uncis [ ] circumdedi quae ab ipso librario deleta sunt. asteriscus * litteram erasam, punctum litterae unius spatium uacuum relictum indicat. ubi de fide conlationis dubitabam, codicis notam uncis ( ) inclusi.*

Halmius: neue Jahrb. f. Philol LXXXIX p. 148 seqq. | Nipperdeius*: rhein. Mus. N. F. XIX p. 270 seqq. | Schopenus: diorthotica in Corn. Tac. dial Bonnae 1858 | Spengelius: spec. emendatt. in Corn. Tac. Mon. 1852.*

Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, cum priora 1
saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint, nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat; neque enim ita appellamus nisi antiquos, horum autem temporum diserti causidici et aduocati et patroni et quiduis potius quam oratores uocantur. cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis pondus excipere, ut aut de ingeniis nostris male existimandum *sit* si idem adsequi non possumus, aut de iudiciis si nolumus, uix hercule auderem, si mihi mea sententia proferenda ac non disertissimorum ut nostris

CORNELI TACITI INCIPIT DIALOGVS DE ORATORIBVS *A* CORNELII·TACITI·DIALOGVS·DE·ORATORIBVS·INCIPIT *B* C. CORNELII TACITI DIALOGVS DE ORATORIBVS FOELICITER ICIPIT *C* ·C· Conelii Taciti dialogus de oratoribus *D* CORNELII.TACITI.DIALOGVS. INCIPIT.DE ORATORIBVS ET POETIS *E* (et poetis *e*) Cornelii Taciti aequitis Romani dialogus an sui saeculi oratores antiquioribus et quare concedant *p*

1 epe *E* | Iuste *B* (*sic passim in uocatiuo casu*) | Fabii *D* | cum *om. C* | 3 nostram *D* | 4 eloquentia *B corr. b* aeloquentiae *C* (*ubique*) | 5 appellamus *E*: appellemus *ABCD* | 6 *prius* et *om. E* | 7 perconctationi *A* percunctationi *BE* | 10 sit *add. Lipsius* | assequi *BCDE* | 11 iuditiis *D* (*ubique*) | michi *A* (*plerumque*) | 12 ut *om. p*

temporibus hominum sermo repetendus esset, quos eandem hanc quaestionem pertractantes iuuenis admodum audiui. ita non ingenio sed memoriā et recordatione opus est, ut quaę a praestantissimis uiris et excogitata suptiliter et dicta grauiter accepi, cum singuli diuersas sed [uel] easdem probabiles causas afferrent, dum formam sui quisque et animi et ingenii redderent, iisdem nunc numeris iisdemque rationibus persequar seruato ordine disputationis. neque enim defuit qui diuersam quoque partem susciperet ac multum uexata et irrisa uetustate nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret.

2 nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitauerat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblītus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, uenerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego in iudiciis non utrosque modo studiose audiebam sed domi quoque et in publico as-

17 subtiliter *ACD* | dictam *D* | quom *C* | 18 singulis *E* | diuersas sed easdem *C. L. Rothius:* diversas uel easdem sed *ABCD* diuersas . . . . . dem sed *E* diuersas sed ualde easdem (*uel* sed eas ualde) *Acidalius* uel easdem *del. Lipsius.* uel easdem uel diuersas sed *Moserus Heidelb. Jahrb.* 1831 *I p.* 301 | 19 afferrent] . . . *E* | 20 redderet *CD* reddent *E* | 21 persequar *p:* prosequar *ABCDE* | 24 anteferrent *BD*

3 tanquam *ABCE* (*plerumque*) | tanquam non in *Sauppius Philol. XIX p.* 263 | tragedie *AE* tragedię *B* | 5 habetur *C* | 6 Marcus *E* | caeleberrima *C* | 7 ego utrosque non in iudiciis modo *Schopenus* utrosque *del. Ritterus* | uerosque *D*

sectabar mirā studiorum cupiditate et quodam ardore iuuenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem; quamuis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et ui naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. nam et Secundo purus et pressus et in quantum satis erat profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat, tamquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti uideretur.

igitur ut intrauimus cubiculum Materni, sedentem 3
ipsumque quem pridie recitauerat librum inter manus habentem deprehendimus.

tum Secundus ʻnihilne teʼ inquit ʻMaterne, fabulae malignorum terrent quo minus offensas Catonis tui ames? an ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares et sublatis siqua prauae interpretationi materiam dederunt emitteres Catonem non quidem meliorem sed tamen securiorem?ʼ

9 quadam *D* | 11 archana . . . . ditionis *E* | poenitus *C* | accipерem *E* | 12 opināretur *B* | prumptum *D* | 13 Apium *D* | 14 lr̄is *ABDE* (*plerumque*) | 15 praessus *C* | 17 omni *CE*: cū *ABD* communi *Rhenanus* | cōtēdebat *B* | 20 [ł ad] inniti *A* [ad] inniti *B* adniti *E*

1 igitur] G° *D* | 2 ipsumque quem *Fa. Rs. Leipz. Lit. Ztg.* 1833 *p.* 1898: ipsum quem *ABCD* ipsum ac quem *E* ipsum et quem *Lipsius* ipsum quemque *Schopenus* | inter *Cuiacius*: intra *ABCDE* | 4 nichilne *A* (*plerumque*) | 6 adprehendisti *D* | 7 retrectares *B* rętractares *D* | si quae *b* | interpraetationi *C*

tum ille 'leges' inquid [Maternus] 'si libuerit et agnosces quae audisti. quod siqua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet; hanc enim tragoediam disposúi iam et intra me ipse formaui. atque ideo maturare libri huius editionem festino, ut dimissa priore cura nouae cogitationi toto pectore incumbam.'

'adeo te tragoediae istae non satiant,' inquit Aper 'quo minus omissis orationum et causarum studiis omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? cum te tot amicorum causae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum uocent, quibus uix suffeceris etiam si non nouum tibi ipse negotium importasses, Domitium et Catonem id est nostras quoque historias et Romana nomina Graeculorum fabulis aggregare.'

4 et Maternus: 'perturbarer hac tua seueritate, nisi frequens et assidua nobis contentio iam prope in consuetudinem uertisset. nam nec tu agitare et insequi poetas intermittis et ego, cui desidiam aduocationum

10 inquid [Maternus] 'si libuerit *Nipperdeius Philol. I p.* 669: tu (*om. C*) quid (quod *D*) Maternus sibi debuerit *ABCDE* inquit 'quid Maternus sibi debuerit *Halmius* tu quidem si uolueris *p* | 11 si qua omisit *ADE:* si qua emisit *B* siqua misit *C* | 12 Thiestes *B* | etenim *D* | tragediam *ABE* | 14 ęditionem *CD* | gestio *Gronouius* destino *N. Heinsius* | 15 meditationi *D* | 16 tragedie *AE* tragedię *B* | 17 obmissis *C* (*ubique*) ommissis *D* (*ubique*) | 19 Thiestem *B* | causa *D* | 21 sufficeres *p* | 22 negocium *AB* | imperasses *Acidalius* | ut Domitium ... aggregares *Niebuhrius* | id est — 23 nomina *del. Niebuhrius* | 23 hystorias *D* | Graecorum *B* | 24 aggregare *Pithoeus:* aggregares *ABCD* aggregarem *E*

2 contemptio

obiicis, quotidianum hoc patrocinium defendendae aduersus te poeticae exerceo. quo laetor magis oblatum nobis iudicem, qui me uel in futurum uetet uersus facere uel, quod iam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat ut omissis forensium causarum angustiis, in quibus mihi satis superque sudatum est, sanctiorem istam et augustiorem eloquentiam colam.'

'ego uero' inquit Secundus 'ante quam me iudicem 5
Aper recuset faciam quod probi et moderati iudices solent, ut in iis cognitionibus *se* excusent in quibus manifestum est alteram apud eos partem gratia praeualere. quis enim nescit neminem mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et assiduitate contubernii quam Saleium Bassum, cum optimum uirum tum absolutissimum poetam? porro si poetica accusatur, non alium uideo reum locupletiorem.'

'securus sit' inquit Aper 'et Saleius Bassus et quisquis alius studium poeticae et carminum gloriam fouet, cum causas agere non possit. [et] ego enim, quatenus arbitrum litis huius inueni, non patiar Maternum societate plurium defendi, sed ipsum solum

9 musarum *p* | 11 illam *CE* | angustiorem *CD*

2 modesti *C* | 3 ut — 4 eos *om. D* | his *ABE* | cognitionibus *AbDE:* cogitationibus *BC* | se *add. Pithoeus* | 5 coniunctior[part]em *D* | 6 amicicie *A* (*ubique*) amititiae *D* (*ubique*) | contubernii * quam *B* | 7 Saleium *CD b in marg.:* Salerum *A* Galeriū *B* Seleium *E* | quom *C* | 10 Salerius *B* | 11 alium *CD* | 12 et *del. Pithoeus* ex *E* | 13 arbitrū *B* (*corr. b*) | inueni *Pithoeus:* inueniri *ABCE* inuenire *D* | patiatur? *D* | 14 sotietate *C* solicite *b in marg.* | plurium *Pithoeus:* plurimum *ABCDE* | sed et

apud eum arguam, quod natus ad eloquentiam uirilem et oratoriam, qua parere simul et tueri amicitias, adsciscere necessitudines, complecti prouincias possit, omittit studium quo non aliud in ciuitate nostra uel ad utilitatem fructuosius *uel ad uoluptatem* *** uel ad dignitatem amplius uel ad urbis famam pulchrius uel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. nam si ad utilitatem uitae omnia consilia factaque nostra dirigenda sunt, quid est tutius quam eam exercere artem, qua semper armatus praesidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, inuidis uero et inimicis metum et terrorem ultro ferat, ipse securus et uelut quadam perpetua potentia ac potestate munitus? cuius uis et utilitas rebus prospere fluentibus aliorum perfugio et tutela intellegitur; sin proprium periculum increpuit, non hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum quam reo et periclitanti eloquentia praesidium simul ac telum, quo propugnare pariter et incessere siue in

ipsum *b* | 15 eum *Spengelius p.* 10: eos *ABCE* ipsos *D* uos *Lipsius* te eo *Muretus* .te coarguam *Weissenbornius neue Jahrb. für Philol.* *XXX p.* 64 | 16 quae *BC* | assciscere *B* asciscere *CE* | 17 necessitates *AB* nationes *b* | conplecti * prouintias *D* | 18 omittit *Rhenanus:* amitti *ABCDE* amittit *p* | nestra *C* | 19 uel ad uoluptatem honestius *ins. Schultingius* (iucundius *uel* suauius *Classenus Eos I p.* 10, dulcius *Ritterus*) | 20 pulcrius *B*, *om. D* | 21 imperii [famam] atque *D* | 22 possit *D* | 23 fataque *ACD* | per nostra *AC* | 24 utilius *Acidalius* | 27 feras *Lipsius* | quadam uelut *B* | 29 profugio *AB* praesidio *b* | 30 intelligitur *ABCDE* | increpuerit *D* irrepat *b* | 31 herculę *D* | lorica et *Seebodius:* loricae *C* loricę *AB* ioricę *D* lorice *E* lorica aut *Rhenanus* | monimentum *D* | 32 et *del. Acidalius* | 33 siue *Mu-*

iudicio siue in senatu siue apud principem possis. quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit? qua accinctus et minax disertam quidem sed inexercitatam et eius modi certaminum rudem Heluidi sapientiam elusit. plura de utilitate non dico, cui parti minime contra dicturum Maternum meum arbitror. ad uoluptatem 6
oratoriae eloquentiae transeo, cuius iucunditas non uno aliquo momento sed omnibus prope diebus ac prope omnibus horis contingit. quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad uoluptates honestas nato quam uidere plenam semper et frequentem domum suam concursu splendidissimorum hominum? idque scire non pecuniae, non orbitati, non officii alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari? ipsos quin immo orbos et locupletes et potentes uenire plerumque ad iuuenem et pauperem, ut aut sua aut amicorum discrimina commendent? ullane tanta ingentium opum ac magnae potentiae uoluptas quam spectare homines ueteres et senes et totius orbis gratia

retus: uel *ABCDE* | 34 siue in *ABDE:* [siu[i]e] siue in *C* (*prior* s *littera in litura*) uel *Nipperdeius* * *p.* 277 | 35 Eprius *b:* prius *ACD* ^{pro}Eprius *B* (*et* E *et* pro *add. b*) | Marcellus prius *E* | 36 qua *Vrsinus:* qui *ABCDE* | accintus *D* | 37 inexertitatam *D* | et in eius *D* | 38 Heluidii *B* | 39 partim *ADE*

2 iocunditas *CE:* iocunditatis *A* iucunditatis *B* inconditas *D* (iocundus *et* iocunditas *ACDE plerumque*) | 8 idque scire non *D bis scr.* | neque officii *CDE* (offitii *CD*) | 9 administrationis *ACDE* | ipsos *E:* istos *ABD* illos *C* | 10 imo *BE* | plerumque uenire *D* | plerunque *ACE* | 14 ueteres *del. Acidalius* | senatores *Hauptius quaestt. Catull. p.* 21 | tortus *E* | urbis *Pithoeus*

subnixos in summa rerum omnium abundantia confitentes id quod optimum sit se non habere? iam uero qui togatorum comitatus et egressus, quae in publico species, quae in iudiciis ueneratio! quod [id] gaudium consurgendi assistendique inter tacentes et in unum conuersos! coire populum et circumfundi coronam et accipere affectum quemcumque orator induerit! uulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita percenseo: illa secretiora et tantum ipsis orantibus nota maiora sunt. siue accuratam meditatamque profert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis ita gaudii pondus et constantia; siue nouam et recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo commendat euentum et lenocinatur uoluptati. sed extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis uel praecipua iucunditas est. nam *in* ingenio quoque sicut in agro, quamquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen quae sua
7 sponte nascuntur. equidem, ut de me ipso fatear,

15 subnixos *aBCE:* sonixos *AD* | suma *B* | 17 cōmutatus *D* | aegraessus *C* | speties *CE* (*plerumque*) | 18 id *om. p* illud *E* | 19 assurgendi consistendique *E* | 20 cohire *E* | coronam *Acidalius:* corā *ABCDE* | 21 quemcunque *C:* quemconque *D* quencunque *E* quandocumque *AB* quacumque *b in marg.* qualemcumque *Halmius* | induerit *CDE:* indueret *AB* induxerit *b* | Vulgata *B* (V *b*) uolgaria *Halmius* * | 23 procenseo *D* parua censeo *Beroaldus* | ipsi oranti *b* | 24 maiora sunt *del. Acidalius* | 25 perfert *CE* proferre *D* | 27 curō *D* | animi *Pichena:* animus *ABCDE* | 28 solicitudo *BCD* | lęnocinatur *B* | 29 audatiae *D* | 31 in *add. b Pithoeus* (ĩ genio *A*) | quanquam *CE* | alia *om CD*

1 ipse *B*

non eum diem laetiorem egi quo mihi latus clauus oblatus est, uel quo homo nouus et in ciuitate minime fauorabili natus quaesturam aut tribunatum aut praeturam accepi, quam eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulaecumque in dicendo facultatis aut *** reum prospere defendere aut apud centumuiros causam aliquam feliciter orare aut apud principem ipsos illos libertos et procuratores principis tueri et defendere datur. tum mihi supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere uideor, tum habere quod [si] non in alio oritur nec codicillis datur nec cum gratia uenit. quid? fama et laus cuius artis cum oratorum gloria comparanda est? qui tam illustres sunt in urbe, non solum apud negotiosos et rebus intentos sed etiam apud iuuenes et adolescentes, quibus modo et recta indoles sit et bona spes sui? quorum nomina

4 faubrabili *D* | praetura *CD* | 6 quantulaecunque *ACE* quatulaecunque *D* | 7 apud iudicem *excidisse putat Spengelius p.* 10. *an* apud patres? | 8 foeliciter *BCD* (*plerumque*) | 9 ipsum *Spengelius* | principis *Spengelius:* principum *ABCDE* | 11 habere *Pithoeus:* abire *ABCDE* | 12 si *deleui:* sic *Spengelius p.* 10 scilicet *Lipsius* | si non in alio *ABCDE* si non in animo *Freinshemius* (nobis *Schopenus*, ingenio *Seebodius*) | in codicillis *b* | cum *del. Acidalius* | 14 tam *Boetticherus:* non *ABCDE* | sunt *Schopenus:* et *ABCDE*, *del. Haasius* et noti *Ecksteinius* | quinam illustriores *Orellius* quidnam illustrius est *Steinerus progr. Crucenac. a.* 1863 *p.* 25 | 15 in urbe *om. D* in urbe et extra urbem *Halmius susp.* | qui non apud illustres et in urbe solum negociosos *b* | negociosos *AB* | 16 iuuenes] uacuos *B* | morum modo et recta indoles *B* (morum *b*, et *B add.*)*:* modo recta et indoles *ACD* modo recta indoles *E* | 17 sit *scripsi:* est *ABCD*, *om. E* | [et || quorum non prius] et *B* (*del. et B et b*) | nomina

prius parentes liberis suis ingerunt? quos saepius uolgus quoque imperitum et tunicatus hic populus transeuntes nomine uocat et digito demonstrat? aduenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos, cum primum urbem attigerunt, requirunt ac uelut agnoscere concupiscunt.

8 ausim contendere Marcellum hunc Eprium de quo modo locutus sum et Crispum Vibium (libentius enim nouis et recentibus quam remotis et oblitteratis exemplis utor) *notos* non minus esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis ubi nati dicuntur. nec hoc illis alterius *bis, alterius* ter milies sestertium praestat (quamquam ad has ipsas opes possunt uideri eloquentiae beneficio uenisse), *set* ipsa eloquentia, cuius numen et caelestis uis multa quidem omnibus saeculis exempla edidit ad quam usque fortunam homines ingenii uiribus peruenerint, sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda sed oculis spectanda

bCDE: nō *AB* | 18 uulgus *BCDE* | 20 uocat *B*, *b supra uersum add* notat | 21 *post* coloniis *Nipperdeius** *p.* 278 *inserit* et prouinciis | 23 uelut] uultus *Acidalius*

2 Eprium *bp:* eproprium *ABCDE* | 3 bibium *B* Vibum *C* | 4 quam remotis *bis scr. D* | obliteratis *ABC* oblitterratis *D* | notos *hic inseruit Sauppius Philol. XIX p.* 261, *post* esse *Lipsius*, *post* minus *Vrsinus.* non minoris esse *Rutgersius uar. lectt. p.* 233 | 7 *lacunam b in marg. notauit*, bis, alterius *ins. Pichena* (*conf. schol. Iuuen.* 4, 81) bis millies HS. *post* sestertium *add. Lipsius* | millies *B* | sextertium *CE* sextercium *D* | 9 benefitio *CD* | sed *ins. Lipsius* | ipsa eloquentia *del. b* | 10 hominibus *CD* | 11 ędidit *D* | quantum *E*

haberemus. nam quo sordidius et abiectius nati sunt quoque notabilior paupertas et angustiae rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae utilitatem illustriora exempla sunt, quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt ciuitatis ac donec libuit principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia agunt geruntque cuncta atque ab ipso principe cum quadam reuerentia diliguntur, quia Vespasianus, uenerabilis senex et patientissimus † ueri, bene intellegit [et] ceteros quidem amicos suos iis niti quae ab ipso acceperint quaeque ipsi accumulare et in alios congerere promptum sit, Marcellum autem et Crispum attulisse ad amicitiam suam quod non a principe acceperint nec accipi possit. minimum inter tot ac tanta lo-

14 habemus *bp* | abiectis *D* | 15 quosque *ACDE* | notabiliter *D* | angustiae rerum *Lipsius:* angustia ereptum *ABCE* angustia erreptum *D* angustia parentum *b Rud. Agricola* | 17 nobilitatem *Acidalius* dignitatem *Spengelius p.* 10 | 19 siue *C* | abundantia *Hofman Peerlkamp in bibl. crit. noua V p.* 122 | aegraegius *C* | 21 sunt *om. D* | ac *om. C* | 22 princeps fori *D* | 23 geruntque *Moserus Heidelb. Jahrb.* 1829 *II p.* 934*:* feruntque *ABCDE* reguntque *Hofman Peerlkamp l. l.* uertuntque *Bursianus lit. Centralbl.* 1858 *p.* 315 | cuncta atque [cum] *A* | 25 pacientissimus *D* | sapientissimus uir *Acidalius* † intelligit *ABCDE* | 26 et *om. p* | coeteros *B* (*ubique*) caeteros *CD* (*ubique*) | iis *CD:* iis [his] *B* his *AE* | 27 ipsi *Lipsius:* ipsis *ABCDE* | congere *D* | 28 sit *Halmius:* est *ABCDE* | attullisse *D* | 29 non alii principes *D* | 30 possint *DE*

cum optinent imagines ac tituli et statuae, quae neque
ipsa tamen negleguntur, tam hercule quam diuitiae et
opes, quas facilius inuenies qui uituperet quam qui
fastidiat. his igitur et honoribus et ornamentis et fa-
cultatibus refertas domos eorum uidemus, qui se ab
ineunte adolescentia causis forensibus et oratorio stu-
9 dio dederunt. nam carmina et uersus quibus totam
uitam Maternus insumere optat (inde enim omnis fluxit
oratio) neque dignitatem ullam auctoribus suis conci-
liant neque utilitates alunt, uoluptatem autem breuem,
laudem inanem et infructuosam consequuntur. licet
haec ipsa et quae deinceps dicturus sum aures tuae,
Materne, respuant, cui bono est si apud te Agamem-
non aut Iason diserte loquitur? quis ideo domum de-
fensus et tibi obligatus redit? quis Saleium nostrum,
egregium poetam uel, si hoc honorificentius est, prae-
clarissimum uatem, deducit aut salutat aut prosequi-
tur? nempe si amicus eius, si propinquus, si denique
ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum
recurret aut ad te, Materne, non quia poeta es neque
ut pro eo uersus facias: hi enim Basso domi nascun-
tur, pulchri quidem et iucundi, quorum tamen hic exi-

31 obtinent *CE* | immagines *CD* | 32 negliguntur *ABCD* necleguntur *E* | 33 fatilius *D* | 35 referctas *B* | eorum *om. D* | 36 abdolescentia *D* aetate adolescentia *C*

2 eum *D* | 3 autoribus *AB* | 4 utilitatis *D* | 5 et infructuosam *om. D* | 5 consequentur *D* consecuntur *E* | 6 deinde *CDE* | 7 maternae *C* | Agamenon *CD* | 9 reddit *D* | Caeleium *A* Coeleium *B* Saltium *D* | 10 aegraegium *C* | 12 eius] est *AB* | s. propinquus *D* | 13 aliquid *D* | negocium *AB* | 14 decurret *Gronouius* | 15 ut *om. D* | 16 pulcri *CDE* | tā *A*

tus est ut, cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et elucubrauit, rogare ultro et ambire cogatur ut sint qui dignentur audire. et ne id quidem gratis; nam et domum mutuatur et auditorium extruit et subsellia conducit et libellos dispergit. et ut beatissimus recitationem eius euentus prosequatur, omnis ista laus intra unum aut alterum diem, uelut in herba uel flore praecepta, ad nullam certam et solidam peruenit frugem, nec aut amicitiam inde refert aut clientelam aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem uagum et uoces inanes et gaudium uolucre. laudauimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem quod quingenta sestertia Basso donasset. pulchrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri; quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem! adiice quod poetis, si modo dignum aliquid elaborare et efficere uelint, relinquenda conuersatio amicorum et

17 eum *D* | 18 extudit *A* ex[t]udit *E* | 20 *B in marg. adscripsit* IVV. [7, 40] Maculonus commodat aedes ac longe ferrata dom seruire iubetur — et quae conducto pendent anabathra tigillo | 21 et subselia condu[d]it *initio pag. repetit D* | 23 omnis *corr. ex* omnes *A* | illa *CD* | 24 hęrba *B* | percepta *ABE* | 27 cuiusquam [uolucre laudauimus] *D* | benefitium *CD* | clamore *D* | 28 [ad] *D* | 29 Vespasiā libertatem *D* | 30 sextertia *CD* | pulcrum *BDE* | 31 intelligentiam *D* | 32 pulcrius *BDE* | collere siue ingenium *D* | 33 genium *Lipsius:* ingenium *ABCDE* | libertatem *BCD* liber[ali]tatem *E* | 34 petis *D* | 35 uellint *D*

iucunditas urbis, deserenda cetera officia, utque ipsi dicunt in nemora et lucos, id est in solitudinem secedendum est. ne opinio quidem et fama, cui soli seruiunt et quod unum esse pretium omnis laboris sui fatentur, aeque poetas quam oratores sequitur, quoniam mediocris poetas nemo nouit, bonos pauci. quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot prouincias innotescat. quotus quisque, cum ex Hispania uel Asia (nequid de Gallis nostris loquar) in urbem uenit, Saleium Bassum requirit? atque adeo siquis requirit, ut semel uidit, transit et contentus est, ut si picturam aliquam uel statuam uidisset. neque hunc meum sermonem sic accipi uolo, tamquam eos quibus natura sua oratorium ingenium denegauit deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium

36 deferenda *C* | cetera *om. D* | offitia *C* | utque *AE:* ut quae *C* quae *D* et ut *B* | 37 nemora et lucos] *Plinius epist. IX,* 10 *ad Tacitum data:* itaque poemata quiescunt, quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas. *B in marg. adscripsit* Silua placet musis | id est in solitudinem *glossema putat Langius verm. Schr. p.* 7 | secedendum *Schelius:* recedendum *ABCDE*

1 fama] *B in marg. adscripsit* Quid quaeritur sacris nisi tantum fama poetis? [*Ouid art. am. III,* 404] | 2 praecium *B* praetium *CD* | omnis *AE:* omnes C inquit omnes *D, om. B* | 3 aeque *p:* atque *ABCDE* | sequitur *CDE:* [in]sequitur *A* insequitur *B* | 5 clarissimarum *Steinerus progr. Crucenac. a.* 1863 *p.* 25 praeclarissimarum *Halmius** | 6 nedum *b ed. Aldina a.* 1534: medium *ABCDE* metrum *p* | prouintias *D* (*ubique*) | 7 quom *C* | in Hyspania *D* | 8 Galliis *Schultingius* | loquor *D* | Salerium *B* Saltim *C* | 9 atque—requirit *om. D* | ut *Acidalius:* et *ABCDE* | 10 est *om. D* | 14 ocium *B*

et nomen inserere possunt famae. ego uero omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et uenerabiles puto, nec solum cothurnum uestrum aut heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque iucunditatem et elegorum lasciuias et iamborum amaritudinem *et* epigrammatum lusus et quamcumque aliam speciem eloquentia habeat anteponendam ceteris aliarum artium studiis credo. sed tecum mihi, Materne, res est, quod, cum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat, errare mauis et summa adepturus in leuioribus subsistis. ut si in Graecia natus esses, ubi ludicras quoque artis exercere honestum est, ac tibi Nicostrati robur ac uires dii dedissent, non paterer immanes istos et ad pugnam natos lacertos leuitate iaculi aut iactu disci uanescere, sic nunc te ab auditoriis et theatris in forum et ad causas et ad uera proelia uoco, cum praesertim ne ad illud quidem confugere possis quod plerisque patrocinatur, tamquam minus obnoxium sit offensae poetarum quam oratorum studium. efferuescit enim uis pulcherrimae naturae tuae, nec pro amico

17 coturnum *ABCDE* | 18 solum *D* | liricorum *D* | 19 elegiorum *AB* | et *ins. Acidalius* | 20 epigramatum *D* epygrammatum *E* | quamcunque *AC* quancunque *E* | 21 eloquentiae *D* | habet *Heumannus* | studiis artium *D* | 22 mihi tecum *E* | tecum minime res es *D* | 23 te tua *Halmius* | arcem *E:* artem *ABCD* | te ferat *Acidalius* | 24 maius *C* | suma *B* | adepturus *Acidalius:* adeptus *ABCDE* | 25 Graetia *D* | 26 artes *CE* | 27 illos *CE* | 29 auditoris *D* | 30 uerba *D* | prelia *AE* praelia *BCD* | 31 illud quod consurgere *D* | 32 offensae *Acidalius:* offendere *ABCDE* offensis *Pithoeus* | 33 efferuescet *ACDE* | 34 ius *C* | tuae *corr. ex* suae *B*

aliquo sed, quod periculosius est, pro Catone offendis. nec excusatur offensa necessitudine officii aut fide aduocationis aut fortuitae et subitae dictionis impetu: meditatus uideris ultro elegisse personam notabilem et cum auctoritate dicturam. sentio quid responderi possit: hinc ingentis ~~existere~~ assensus, haec in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omnium sermonibus ferri. tolle igitur quietis et securitatis excusationem, cum tibi sumas aduersarium superiorem; nobis satis sit priuatas et nostri saeculi controuersias tueri, in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et probata sit fides et libertas excusata.'

11 quae cum dixisset Aper acrius ut solebat et intento ore, remissus et subridens Maternus 'parantem' inquit 'me non minus diu accusare oratores quam Aper laudauerat (fore enim arbitrabar ut a laudatione eorum

35 offendes *ACDE* | 36 offitii *CD* | 37 fortune *E* | et *AbCDE:* ac *B* | 38 uideris *bis scr. D* | ultro *Schopenus:* aut *ABCDE, om. p* ante *Thomas Münchn. gel. Anz.* 1853 *p.* 20 etiam *Halmius* hanc *Haasius* | 39 sentio — 42 ferri *del. Bernhardyus* | 40 hinc *bp:* hic *ABCDE* | existere *Muretus:* ex his *ABCDE, del. Gesnerus* excitari *Schelius* exciri *F. A. Wolfius verm. Schr. p.* 164 | asscensus *D* | haec *CE:* hic *AB* hoc *D* hinc *b* | etiam in *D* | 41 auditoris *D* | omnium mox *E* | 42 *post* ferri *hiare orationem putabat F. A. Wolfius* | excusatorem *D* | 43 quom *C* | summas *D* | 44 satis *om. D* | 45 expręsis *D* expressit *C, om. E, del. Heumannus.* expressit si quando necessitas pro *Lipsius* | sit expressit pro *E*

1 quom *C* | 2 Maternas *D* | 'parantem' inquit 'me *Waltherus:* parant enim quid me *CE* parant (perant *D* parat *P*) quid enim me *ABDPV* desperant .n. quid me Δ 'parantem me' inquit *Bekkerus* | 4 laudauit *Acidalius*

digressus detractaret poetas atque carminum studium prosterneret) arte quadam mitigauit, concedendo iis qui causas agere non possent ut uersus facerent. ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem inperante Nerone improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi, *et* hodie siquid [in] nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac iam me deiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutationum concupisco, non magis quam aera et imagines, quae etiam me nolente in domum meam inruperunt. nam statum †cuiusque ac securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia, nec uereor ne mihi umquam uerba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint. nemora uero et luci 12
et secretum ipsum quod Aper increpabat tantam mihi afferunt uoluptatem, ut inter praecipuos carminum

5 digraessus *C* | detrectaret *B*(*C*?) detractare *D* | atque [et] *B* | 6 hiis *D* | 8 enit[t]i *D* | 9 recitacione *D* | tragediarum *AE* | 10 fama *D* | cum] eum *D* | inp. Nerone *Hauptius:* in Nerone *ACDE* in Neronē *B* in Neroniis *Osannus* | 11 improbatam *Pichena* importunam *Halmius* | prophanantem *B* | 12 Vatinii *Gronouius:* uaticinii *ABCDE* | et *ins. Lipsius* | in *del. Acidalius* | 13 noticie *A* | nominis *bp:* numinis *ABCE* miminis *D* | 14 patrum *D* parctum *E* | 15 forensis *D* | comittatus *D* | aegraessus *C* | 16 salutantium *Schelius* | 18 irrumpunt *BE* | hucusque *Lipsius* hunc iusque *Haasius* | ac *Lipsius:* ad *ABCDE* | 19 innocentiam *D* | tuetur *Ritterus* | 20 ne] nec *D* | unquam *ABCDE* | nisi *om. C*
2 increpat *B*

fructus numerem quod non in strepitu nec sedente ante ostium litigatore nec inter sordes ac lacrimas reorum conponuntur, sed secedit animus in loca pura atque innocentia fruiturque sedibus sacris. haec eloquentiae primordia, haec penetralia; hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus in ista casta et nullis contacta uitiis pectora influxit; sic oracula loquebantur. nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae usus recens et malis moribus natus atque ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus. ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, aureum saeculum et oratorum et criminum inops poetis et uatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui male admissa defenderent. nec ullis aut gloria † more **** aut augustior honor, primum apud deos quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur, deinde apud istos diis genitos sacrosque reges, inter quos neminem causidico-

4 in strepitu urbis *Schopenus* | 5 hostium *ACDE* | littigatore *D* | lachrymas *A* lachrimas *C* | 6 componuntur *ABCE* | secedit *BCD*: sedit[ł secedit] *A* sedit *cE* | 7 innocetia *D* | eloquetiae *D* | 8 penetralia hoc *om. C* | hoc *ABE:* haec *D* | 9 comoda *D* commendata *Muretus* | in *CDE:* et *AB* | illa *bCDE* | 11 lucresse *D* sanguinatis *D* saginantis *ed. Iunt. a.* 1527 sanguine manantis *Schultingius* sanguini inhiantis *Bezzenbergerus progr. Dresd. a.* 1844 *p.* 46 | 12 et ex *CE* | 13 f*elix *B* | 14 illud *om. D* | 15 uatis habundabat *D* | 16 amissa *CD* | deffenderent *D* | 17 ullus *AB* | more[ł in ore] .... *A* mor-- *B* more[in ore] *C* (in ore *add. c*) in ore *D* more .... *E* (ne aut illud clamore *b in marg. p*) maior *Lipsius* maior erat *Ritterus. fort.* mortalibus maior | angustior *CD* | 18 praeferre *B* preferre *D* | 19 illos *bCDE* | 20 causidicum *Heumannus*

rum sed Orphea ac Linum ac, si introspicere altius uelis, ipsum Apollinem accepimus. uel si haec fabulosa nimis et conposita uidentur, istud certè mihi concedis, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam quam qui Virgilii detrectent, nec ullus Asinii aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ouidii aut Varii Thyestes. ac ne fortunam quidem uatum et 13
istud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum uita. licet istos certamina et pericula sua ad consulatus euexerint, malo securum et quietum Virgilii secessum, in quo tamen neque apud diuum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. testes Augusti epistulae, testis ipse populus, qui auditis in theatro Virgilii uersibus surrexit uniuersus et forte praesentem spectantemque Virgilium ueneratus est sic quasi Augustum. ne no-

21 et Linum *CD* | si *om.* *D* | uelis uel *D* uel *E* | 22 Apolinem *D* | 23 composita *ABCE* | uide[a]ntur *B* uideantur *D* | illud *bCDE* | concedes *Acidalius* | 24 Demosteni *C* | 26 Eurip[e]dis (i supra) *A* Eurypidis *B* | Iperidis *E* | 27 qui te Ciceronis *D* | 28 quam per Virgilii *C* | 29 Messal[le]ę *D:* Mesalle *A* Messalae *BCE* | 30 aut Varii *om.* *C* | Thiestes *BD*.

2 illud *bCDE* | f*elix *B* | 3 &̄ *D* | illos *bCDE* | 4 ad consulatus *Lipsius:* et consulatus *CE* et cent⁹ *A* et coetus *B* et conuentus *D* ad opes et consulatus *Ritterus* | 6 po. ro. *BD* p. ro.[m] *E* | 7 noticia *A* | ępistulae *D* eple *AB* epistolae *CE* | 8 Teat° *D* | surexit *D* | 10 Virgilium *del.* *Ernestius*

stris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio uel dignitate uitae uel perpetuitate famae cesserit. nam Crispus iste et Marcellus ad quorum exempla me uocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent an quod timentur? quod, cum quotidie aliquid rogentur, ii quibus praestant **** indignantur? quod adligati omni adulatione nec imperantibus umquam satis serui uidentur nec nobis satis liberi? quae haec summa eorum potentia est? tantum posse liberti solent. me uero dulces ut Virgilius ait Musae remotum a sollicitudinibus et curis et necessitate quotidie aliquid contra animum faciendi in ista sacra istasque frondis ferant, nec insanum ultra et lubricum forum famamque palantem trepidus experiar. non me fremitus salutantium nec anhelans libertus excitet, nec incertus futuri testamentum pro pignore scribam, nec plus habeam quam quod possim cui uelim relinquere, quandoque olim fatalis et meus dies

11 Ponponius *D* | 16 aliquid *D:* aliqui *ABCE* | in *D* hi *E* | quibus non praestant *Lipsius, ego Tacitum haec fere scripsisse puto* quibus praestant perinde et quibus non praestant | 17 alligat *B* alligati *bC* ligati *E* | omni *Waltherus:* cū *ABE* cum *CD* humili *Schultingius* canum *Haasius* | 18 unquam *ABCDE* | 20 Virgi. *D* | Virgilius] *georg. II,* 475 | 21 solicitudinibus *BCD* | 22 cotidie *C* | illa *bCDE* | 23 illasque frondis *Hauptius Philol. I p.* 587*:* istosque (illosque *bE*) fontes *ABE* illosque fontis *CD* illosque ad fontes *Ritterus* | 24 palantem *BDE:* pallantem *AC* pallentem *bp. an* fallacem? | 25 anellans *D* | 28 quandoque olim *Steinerus progr. Crucenac. a.* 1863 *p.* 25*:* quandoque enim *ABCDE* quandocunque *p* quandoque mihi *Doederlinus* quando quidem *Halmius* | et *del. Pithoeus Cuiacius*

ueniet statuarque tumulo non maestus et atrox sed hilaris et coronatus, et pro memoria mei nec consulat quisquam nec roget.'

uixdum finierat Maternus, concitatus et uelut in- 14
stinctus, cum Vipstanus Messalla cubiculum [eius] ingressus est, suspicatusque ex ipsa intentione singulorum altiorem inter eos esse sermonem 'num parum tempestiuus' inquit 'interueni secretum consilium et causae alicuius meditationem tractantibus?'

'minime, minime' inquit Secundus, 'atque adeo uellem maturius interuenisses; delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo, cum Maternum ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas conuerteret exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta utque poetas defendi decebat audentior et poetarum quam oratorum similior oratio.'

'me uero' inquit 'et sermo iste infinita uoluptate affecisset, atque id ipsum delectat quod uos, uiri optimi

29 ueniet *bp:* ueniat *ABCDE* uenerit *Ernestius* | statuatque *D* | moestus *BC* | 30 hylaris *D* | mei *AbCDE:* mea *B* | soluat quisquam *D*

1 stinctus *C* | 2 cum *E:* tum *ABCD* | Vipstanus *C. A. Rupertus in Reinesii epistolis ed. a.* 1660 *p.* 442*:* Vibanius *ADE* Libanius *B* Vthanius *C* Vrbanus *bp* Vipsanius *Lipsius* | Messala *BCE* Mesalla *D* | eius *del. Ernestius* | ingraessus *C* | 3 est *del. Acidalius* | 5 et] uel *Halmius** | 6 tractatibus *D* | 7 *alterum* minime *om. AE* | 8 uelem *D* | 11 exhortatus *p:* et hortatus *ACDE* et ortatus *B* ex ortatus *b* | 12 ut[ri]que *A* ut'que *D* | defendi *om. D* | decebat *C* docebat *E* [poetas] decebat *A* | 13 sillor *D* | 14 uere *ACDE* | et *del. Halmius** | iste *Halmius**: ipse *ABCDE*

et temporum nostrorum *summi* oratores, non forensibus tantum negotiis et declamatorio studio ingenia uestra exercetis, sed eius modi etiam disputationes assumitis quae et ingenium alunt et eruditionis ac litterarum iucundissimum oblectamentum cum uobis qui ista disputatis afferunt, tum etiam iis ad quorum aures peruenerint. itaque hercle non minus probari uideo in te, Secunde, quod Iuli Asiatici uitam conponendo spem hominibus fecisti plurium eius modi librorum, quam in Apro quod nondum ab scholasticis controuersiis recessit et otium suum mauult nouorum rhetorum more quam ueterum oratorum consumere.'

15 tum Aper: 'non desinis, Messalla, uetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere. nam hunc tuum sermonem saepe excepi, cum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae neminem hoc tempore oratorem esse contenderes *prae* antiquis, eo credo audacius quod malignitatis

16 summi *ins. Halmius.* uiri optimi et optimi *Muretus* uiri et . . . . oratores optimi *Acidalius* | 17 tantum] tamen [forensibus] *D* | negociis *AB* | et *om.* *D* | 18 et sumitis *D* | 19 eruditiones *ACDE* | 20 cum *om.* *C* ē *D* | 21 illa *bE* iam *CD* | [tum] afferunt tum *B* | his *E* | 22 hercule *CDE* | 23 Iulii *BDE* | Africani *Nipperdeius* p.* 278 | componendo *ABCE* | 24 plurimum *CD* | [hu]ius *D* | 25 nundum *D* | a *CDE* | scolasticis *BDE* | 26 ocium *AB* | rethorum *D* | 27 consumere *corr. e* consuetudine *B*

1 non *BE:* num *ACD* | Messala *BE* | 4 *prius* et *om.* *E* | 6 prae *ins. Halmius; Lipsius aut* parem *inserendum aut pro* antiquis *scribendum putabat* atque id; *Acidalius* antiquis *del.* | audatius *D* | malignitatis *Rhenanus:* malignis iis *AB* maligni iniis *C* maligīhiis *D* maligni in his *E* malignius *b* (quo malignius *p*)

opinionem non uerebaris, cum eam gloriam quam tibi alii concedunt ipse tibi denegares.'

'neque illius' inquit 'sermonis mei paenitentiam ago neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, quamquam interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo. ac uelim impetratum ab aliquo uestrum ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque inquiro. et quod quibusdam solacio est mihi auget quaestionem, quia uideo etiam Graecis accidisse ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes et siquis alius Ephesum uel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut uos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.'

'magnam' inquit Secundus 'et dignam tractatu quae- 16
stionem mouisti. sed quis eam iustius explicabit quam

maligni iudicis *Acidalius.* maligni suspicionem *Thomas Münchn. gel. Anz.* 1853 *p.* 22 | 7 tam gloriam *D* | 8 ipsi *ACDE* | 9 poenitentiam *BC* | 10 neque neque *D* | Maternum] nostrum *D* | 11 aprum quam interdum *D* | in *om. B* | 13 quod differentiae *D* | 14 redat *D* | plerunque *CE* | conquiro [l in] *A* conquiro [in] *BC* conquiro *DE* | 15 solatio *ABCD* sollatio *E* solutio *Acidalius* | 16 Graecis *Dronkius:* gratis *ABCE* gratius *D* graiis *p* | absit *ABcE:* abiisset *CD* abesset *Wesenbergius emendd. Cic. epp. p.* 63 | ab *add. Wesenbergius* | 17 eschines *bp* Aeschyne *C* | Demosthenes *bp* | sacerdos *Orellius* | Nicetes *Lipsius:* enitet *ABCDE* | 18 alium *E* | Mitylenas *A* Mythilenas *C* Mithilenas *D* | concentu *Orellius:* concentus *ABE* contentus *CD. deleto* et*:* contentus *p* contentis *Pithoeus* continuis *Freinshemius* | scolasticorum *BE* scholastico *Halmius* | 19 Affricanus *D* | 20 nos *C* | aut ab Asinio *CD* | recesistis *D*

1 tractu *D* | 2 mouisti *Lipsius:* mouistis *ABCDE* | eum eum *D* | explicauit *E*

tu, ad cuius summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura quoque et meditatio accessit?'

et Messalla 'aperiam' inquit 'cogitationes meas, si istud a uobis ante impetrauero ut uos quoque sermonem hunc nostrum adiuuetis.'

'pro duobus' inquit Maternus 'promitto: nam et ego et Secundus exequemur eas partes, quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti et ipse satis manifestus est iam dudum in contrarium accingi nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam.'

'non enim' inquit Aper 'inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac uestra conspiratione damnari. sed hoc primum interrogabo, quos uocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis. ego enim cum audio antiquos, quosdam ueteres et olim natos intellego, ac mihi uersantur ante oculos Vlixes ac Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit; uos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita

3 sumam *B* | 4 affacessit *D* | 5 Messala *BCE* Mesalla *D* | cognitiones *E* | si *B: om: ACD, supra uersum add. E* | 6 illud *CDE* | 8 et *om. E* | 10 omisse *D* | 12 ipsū *B sed* ū *in litura* | māifestū* *B* | 16 hac] ac *B* | 18 ista *om. D* | 19 quom *C* | 20 intelligo *ABCE* | 21 Vlyxes *AC* Vlisses *b* | et *CDE* | Nestor *A* Menestor *C* (ł mne) | 22 tricentis *D* CCC *E* | saeculum] secundum *D* | caedit *C* antededit *D* | 23 Demostenem *CD* | Hypericlē *B* (*etiam in marg.* hyperycles) Iperidem *E* | profer[i]tis *A* proferatis *B* | 24 Phylippi *C* Philipi *D* | Allexandri *C*

tamen ut utrique superstites essent. ex quo apparet non multo plures quam trecentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem. quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum uideatur, si ad naturam saeculorum, ac respectu immensi huius aeui, perquam breue et in proximo est. nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et uerus annus, quo eadem positio caeli siderumque quae cum maxime est rursum existet, isque annus horum quos nos uocamus annorum $\overline{\text{XII}}$DCCCCLIIII conplectitur, incipit Demosthenes uester, quem uos ueterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno quo nos set etiam eodem mense extitisse. sed transeo ad Latinos oratores, in quibus 17
non Menenium ut puto Agrippam, qui potest uideri antiquos, nostrorum temporum disertis anteponere soletis, sed Ciceronem et Caesarem et Caelium et Cal-

26 quadringentos *Lipsius* | 28 inferas *D* | 29 uidetur *C* | si *om. C* | 30 respectu *Spengelius p.* 11: respectum *ABCDE* | huius] *fort.* totius | 31 ortensio *D* | [ait] scribit *A* | 33 coeli *B* | syderumque *CE* | 34 animus *D* | 35 XII.^{M} VCC.^{tos} LIIII. *A* XII^{M}·VIII^{C}·LIIII· *B* XII.^{m} dccc.^{tos} LIIII.^{or} *C* XII.^{m} dccc. LIIII.^{or} *D* duodecim milia octingentos quinquaginta quatuor *E corr. Iac. Nic. Loensis miscell. epiphyll. IX*, 5 | complectitur *ABCE* | Demostenes *D* | 36 uester *B* (este *in lit.*) *CE:* uidetur *AD* | *post* fingitis *B addidit* uideturque | 37 set etiam *scripsi:* sed fama *AB* (*corr.* fere) *CD* set fama *V* et fama sed *E* sed fere *p* sed ferme *Bekkerus* | mense *ABDE:* modo *C* die *Pithoeus*

2 Menenium *BE in marg.:* me nimium *ACDE* | ut puta *Halmius** | 3 antiquus *BE* | 4 Coelium *B* alium *ACD* Calium *E*

uum et Brutum et Asinium et Messallam, quos quid antiquis temporibus potius adscribatis quam nostris non uideo. nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, VII idus *Decembres* occisus est, quo anno diuus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit. statue sex et quinquaginta annos quibus mox diuus Augustus rem publicam rexit; adiice Tiberii tres et uiginti, et prope quadriennium Gai, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos, atque istum Galbae et Othonis et Vitelli longum et unum annum, ac † sextam iam felicis huius principatus stationem qua Vespasianus rem publicam fouet: centum et uiginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. nam ipse ego in Britannia uidi senem, qui se fateretur ei pugnae interfuisse qua Caesarem inferentem arma Britanniae arcere

5 Messalam *BCE* | quid] cur *Halmius* | 6 antiquos[i] *D* | potius temporibus *B* | ascribatis *BE* adscribitis *CD* | 7 ipse *CD* | Hyrcio *C* Hircio D | 8 Pausa *D* | Tyro *ABCE* | 9 vij[mū] *A* septimum *E* | Decembres *add. Lipsius, lacunam indicant bCD* | diuus *om. C* | 10 Hyrcii *C* Hircii *D* | Quintum *CD* | 11 conss *B* coss *E* | statuae *CD* | sex *Lipsius:* nouem *ABCDE* septem *Steinerus progr. Crucenac.* 1863 *p.* 17 | anos *D* | 13 Tyberii *AE* | ·xx· *CDE* | Cai *ACD* Caii *BE* Gaii *V* | 14 anos *D* | 15 ipsum *CD* illum *E* unum *bp* | O[c]tonis annos et *D* | Vitellii *BCE* Vitelii *D* | 16 anum *D* | secutam iam *Schultingius* sex iam, tam *Schelius* sex, tam *Spengelius* nouem, tam *Sauppius Philol. XIX p.* 258. *an* septem, tam? | f[o]elicis *B* | 17 quo *Steinerus l. l.* | .c. et uiginti *C* c·& xx· *Dp:* centum et decem *ABE* | 19 in unius *V* id est unius *Schopenus* | Britania *E* | 20 fatebatur *CE* | ei *E:* et *ABCD* | 21 Britaniae

litoribus et pellere aggressi sunt. ita si eum qui armatus C. Caesari restitit uel captiuitas uel uoluntas uel fatum aliquod in urbem pertraxisset, aeque idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. proximo quidem congiario ipsi uidistis plerosque senes qui se a diuo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest et Coruinum ab illis et Asinium audiri potuisse (nam Coruinus in † medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum durauit): ne diuidatis saeculum et antiquos ac recentes uocetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoscere ac uelut coniungere et copulare potuerunt.

haec ideo praedixi ut, siqua ex horum oratorum 18
fama gloriaque laus temporibus adquiritur, eam docerem in medio sitam et propiorem nobis quam Seruio Galbae aut C. *Laelio aut C.* Carboni quosque alios merito antiquos uocauerimus; sunt enim horridi et

ADE Britanni *Ernestius* | 22 littoribus *ACD* | 24 pertraxiset *D* | aeque idem *Spengelius:* et quidem *ABCDE* idem *Rhenanus* | et *om. B* | 26 cogiario *CD* | 28 cogiarium *CD* | 29 narabant *D* | 30 Coruinus] Asinius *Borgesius oeuvres I p.* 410 | medium] extremum *Nipperdeius * p.* 292 | 31 Asinius] Coruinus *Borgesius* | 32 itaque ne *Deitersius de Hes. scuto Herc. p.* 64 | 33 recentes *Ecksteinius:* ueteres *ABC* ueteros *DE* | uocitetis *CD* | 34 aggnoscere *A*

2 acquiritur *ACDE* | eam *Halmius*:* eandem *ABCDE* | 3 Sergio *B* | 4 Gallae *C* | [gaiū] C· *D* | Laelio aut C. *Ritterus inseruit.* Galbae, Caio Laelio et Carboni *Schultingius* | 5 antiquos] n *in lit. B*

inpoliti et rudes et informes et quos utinam nulla parte imitatus esset Caluus uester aut Caelius aut ipse Cicero. agere enim fortius iam et audentius uolo, si istud ante praedixero mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi. sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Coruinus et dulcior et in uerbis magis elaboratus. nec quaero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae uultum sed in illis quoque quos uocatis antiquos plures species deprehendi, nec statim deterius esse quod diuersum est, uitio autem malignitatis humanae uetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. num dubitamus inuentos qui prae Catone Appium Caecum magis mirarentur? satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pressus sed supra modum exultans et superfluens et parum Atticus uideretur. legistis utique et Calui et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est de-

6 inpolliti *D* impoliti *ABCE* | in illa *C* in ulla *E* in nulla Δ | 7 per te immitatus *D* | Caluius *A* | 9 illud *CDE* | 10 comperatus *A* cōpatus *B* | 11 Graccus *C* (*corr. c*) Grachus *D* | huberior *b* | Gracho *D* | 12 ornatior *om. D* | dixtinctior *D* | 13 mitior] *fort.* nitidior *conl. Quint. I*, 7, 35. *X*, 1, 113. *Ouid. ex Ponto II*, 2, 51 | 16 in *B supra uersum add., om. ACDE* | quoque *om. D* | 21 prae *Groslotius in Burmanni syll. epist. I p.* 358: pro *ABCDE* | miraretur *D* | 23 praessus *CD* | 24 Atticus *Lipsius:* antiquus *ABCDE* | 25 uidetur *CD* | Calue *D* | 26 epłas *ABE*

prehendere Caluum quidem Ciceroni uisum exanguem et aridum, Brutum autem otiosum atque diiunctum, rursusque Ciceronem a Caluo quidem male audisse tamquam solutum et eneruem, a Bruto autem, ut ipsius uerbis utar, tamquam fractum atque elumbem. si me interroges: omnes mihi uidentur uerum dixisse. sed mox ad singulos ueniam, nunc mihi cum uniuersis negotium est. nam quatenus antiquorum admira- 19
tores hunc uelut terminum antiquitatis constituere solent: [qui usque ad] Cassium Seuerum [faciunt], quem primum affirmant flexisse ab ista uetere atque directa dicendi uia, non infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad illud dicendi genus contendo sed iudicio et intellectu. uidit namque, ut paulo ante dicebam, cum condicione temporum et diuersitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. facile perferebat prior iste populus

epistolas *C* | 28 aridum *Schultingius:* attritum *ABCDE* | ociosum *AB* occiosum *D* concisum *Schelius* | deiunctum *B* diuinctum *D* | 29 "quidem a Caluo" *B* | 30 tamq; *A* | quidem autem *AB*, *sed B* quidem *del.* | 31 atque] et *E* | 32 interrogas *CD* | 33 uenias *A* ueniā * *B* | 34 negocium *AB*

1 admirationes *C*, *corr. c* | 3 qui usque *ACDE* $\overset{\text{an}}{\text{[qui]}}$ usque *B* quem usque *p* | Seuerum *p:* quem reum *ABCDE* | qui — faciunt] ac Cassium Seuerum reum faciunt *Schneiderus obseruatt. p.* 6 usque ad Cassium Seuerum *Hofman Peerlkamp in bibl. crit. noua V p.* 129 quod eam usque ad Cassium Seuerum pertinere faciunt *Haasius* qui usque ad Cassium Seuerum pertinet *Halmius** | 4 illā *bCE* $\overset{\text{a}}{\text{i}}$ *D* | [urbe] uetere *A* | 5 dicendi directa *B* | insitia *D* | 7 nanque *ACE* | 8 cum *om. D* | conditione *CD* | 9 et *B* | spetiem *AC* | 10 ille *CD*

ut imperitus et rudis impeditissimarum orationum spatia, atque id ipsum laudabat si dicendo quis diem eximeret. iam uero longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum diuisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur in honore erat; quod siquis odoratus philosophiam uideretur atque ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in caelum laudibus ferebatur. nec mirum; erant enim haec noua et incognita et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognouerant. at hercule peruolgatis iam omnibus, cum uix in corona quisquam adsistat quin elementis studiorum etsi non instructus at certe imbutus sit, nouis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices qui ui et potestate, non iure aut legibus cognoscunt, nec accipiunt tem-

11 impeditissimarum *Muretus:* imperitissimarum *ABCD* et imperitissimarum *E* | 12 laudabat *ABD:* laudi dabatur *CE* | 14 narrationum *Spengelius p.* 11 | altae *CD* | 15 quicquid *BCDE* | 16 aliud *om. D* | Hermagore areotissis *D* | et *om.* C | Apolodori *D* | 17 praecipipitur *C* percipitur *D* | adoratus *ACD E* (*sed corr.*) | phylosophiam *CE* | 18 uideretur *B:* uidetur [re] *E* uidetur *ACD* | orationis *D* | 19 inserere *B* | coelum *B* | ferebantur *AE* | 20 erant *B:* erat *ACE* erat[si] *D* | 21 paucissima *D* | rethorum *D* | 22 phylosophorum *E* | peruulgatis *ABCE* | 23 quom *C* | corona *Vrsinus:* cortina *ABCDE* | 24 assistat *BC* | quin *Muretus:* qui *ABCDE* | si *Acidalius* | 25 et certe *C* | 26 [iti] [ge]neribus *B* | 27 ui *om. A, supra uersum add. B* | 28 aut]

pora sed constituunt, nec expectandum habent oratorem dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem reuocant et festinare se testantur. quis nunc feret oratorem de 20 infirmitate ualitudinis suae praefantem, qualia sunt fere principia Coruini? quis quinque in Verrem libros expectabit? quis de exceptione et formula perpetietur ista immensa uolumina quae pro M. Tullio aut Aulo Caecina legimus? praecurrit hoc tempore iudex dicentem et, nisi aut cursu argumentorum aut colore sententiarum aut nitore et cultu descriptionum inuitatus et corruptus est, auersatur dicentem. uolgus quoque adsistentium et adfluens et uagus auditor adsueuit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis, nec magis perfert in iudiciis tristem et inpexam antiquitatem quam siquis in scena *Q.* Rosci aut Turpionis [aut] Ambiuii exprimere gestus uelit. iam uero iuue-

et *CDE* | nec] et *E* | 29 expectantem *AB* expectando *D* | habet *D* | 30 negocio *AB* | 31 trasgredientem *D*

2 infinitę *D* | f'antem *D* | 3 ferre *D* | 4 expectauit (b *supra* u) *C* expectabit *E* (b *corr. ex* u) | quibus *D* | de *E*, *supra uersum add. B.*, *om. ACD* | perpetretur *D* | 5 illa *bCDE* | immesa *D* | aut] et *B* | 6 Cecīna *BE* | praecurit *D* | dicentes *AB*, *sed B corr.* | 8 discriptionum *E* | 9 aduersatur *CDE* | dicentem *aut hic aut u.* 6 *deletum uolt Schelius* | uulgus *BCDE* | 10 assistentium *BC* | affluens *BCDE* | ″et uagus ″et affluens *B* | assueuit *BCDE* | 11 laeticiam *D* | pulcritudinem *DE* | 12 iuditiis *D* | impexam *ABE* imperam *C* | 13 scena *E*: cenā (l sce) *A* scenam *BCD* coena *p* | Q. *add. Boettieherus* | Roscii *BC* aut Roscii *Oberlinus* | aut *del. Lipsius* aut Ambiuii *del. Ritterus* | 14 Ambii *D*

nes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire sed etiam referre domum aliquid illustre et dignum memoria uolunt, traduntque in uicem ac saepe in colonias ac prouincias suas scribunt, siue sensus aliquis arguta et breui sententia effulsit, siue locus exquisito et poetico cultu enituit. exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuuii ueterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus. horum igitur auribus et iudiciis optemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior extitit. neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum uoluptate perueniunt. quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis extruuntur, sed marmore nitent et
21 auro radiantur? equidem fatebor uobis simpliciter me in quibusdam antiquorum uix risum, in quibusdam autem uix somnum tenere. nec unum de populo *dicam*,

16 nec solum *AB* | adire *CD* $\overset{u}{\text{a}}$dire *E* | 18 uoluit *C* | 19 et prouincias *BC* | prouintias *D* | suis *Halmius* | sensus *Muretus:* in suis *ABCDE.* insignis aliquis — effulsit locus siue exquisito *Spengelius p.* 11 | 20 effulxit *BD, sed B corr.* | 21 exigitur *Lipsius:* exigetur *C* $\overset{te}{\text{exercitur}}$ *A* exercetur *BDE* | 22 Acij *A* Attii *D* Actii *E* | Pa[u]cubii *B* | 23 Oratii *CE* | 24 obtemperans *CDE* | 25 horatorum *D* | 26 exficaces *A* | 27 iudicatium *D* | 30 extruntur *D*

1 aequidem *C* | fateor *A* | 2 anticorum *D* | 3 sonum *D* | dicam *ego inserui,* loquar uti *Silligius progr. schol. cruc. Dresd.* 1841 *p.* 4 nominabo *Nipperdeius* * *p.* 562

Canutium aut Attium uel Furnios et Toranios aliosque qui in eodem ualitudinario haec ossa et hanc maciem produnt: ipse mihi Caluus, cum unum et uiginti ut puto libros reliquerit, uix in una et altera oratiuncula satis facit. nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio uideo; quotus enim quisque Calui in Asitium aut in Drusum legit? at hercle in omnium studiosorum manibus uersantur accusationes quae in Vatinium inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio; est enim uerbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata, ut scias ipsum quoque Caluum intellexisse quid melius esset, nec uoluntatem ei quin sublimius et cultius diceret sed ingenium ac uires defuisse. quid? ex Caelianis orationibus nempe eae

4 Canutium *Gronouius:* Ganuti *ACE* sanuti *B* f·anuti *D* (*i. e.* sed anuti) Canuti *bp* | Attium *scripsi:* Atti *ABCD* Acti *E* Arrium *Gronouius* (Aride Furnio *p*) | uel Furnios et Toranios *Nipperdeius:* de Furnio et Coranio (Toranio *B*) *ABCDE* Furniumue nominabo *Gronouius* | nec unus de populo, Canutii aut Arrii et Furnii et Toranii — probant: ipse *Rupertius* nec unum de populo, non Canutii aut Arrii deformitatem memorabo *Ritterus* | aliosque qui *scripsi:* quique alios *ABp* alios *CD* que alios *E* quique alii *Lipsius* quique alti *Muretus.* quosque alios — haec macies probant *Gronouius* | 6 matiem *A* | produnt *Acidalius:* probant *ABCDE* praebent *Ritterus* | 7 XX· *B* | 8 *** satis *B* (*fuisse uidetur* nec) | 9 Calui ista in *Schultingius; Broterius* accusationes *e u.* 11 *huc transtulit* | Asicium *B* Asinium *Lipsius* | 10 hercule *CDE* | omnium *Acidalius:* hominum *ABCDE* | 12 inscribuntur *Lipsius:* scribuntur *C* conscribuntur *ABDE* | iis *B* | 14 accomodata *B* | 15 quin (*om.* ei) *p:* quo *ABCDE* quo minus *Halmius** | 16 sullimius *B* | ac] et *E* | 17 Coelianis *B* Cellianis *D* | eae] ex *D*

placent, siue uniuersae *siue* partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. sordes autem rerum et uerborum et hians conpositio et inconditi sensus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet qua antiquus est. concedamus sane C. Caesari ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit quam diuinum eius ingenium postulabat, tam hercle quam Brutum philosophiae suae relinquamus; nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur. nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit — nisi qui et carmina eorundem miratur; fecerunt enim et carmina et in bybliothecas retulerunt, non melius quam Cicero sed felicius, quia istos fecisse pauciores sciunt. Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus

18 siue uniuersae siue partes earum *Pithoeus:* siue uniuersa parte serum *ABCDE* siue in uniuersa parte seu *b* si non uniuersae at partes earum *Acidalius* | 20 rerum et *scripsi:* regule *A* regulę *B* (*b del.*) *D* illae *CE, om. p* rubigoque *Ritterus* | compositio *ABCE* | 21 reddent *C* redent *D* | quenquam *ACDE* | 22 Coelium *B* | 23 antiquis *D* | 25 minus *om. C* | eloquentiam *D* | quae *C* | 27 relinquamus *C, sed* r *corr. ex* l | 28 minorem esse *om. D* | 29 nisi forte] sisi forte *C* si forte *Bezzenbergerus progr. Dresd. a.* 1844 *p.* 46 num forte *Classenus Eos I p.* 11 nec fere (*uel* ferme) *Gronouius* | 31 teporis *Lipsius:* temporis *ABCDE* torporis *Schelius* | 33 bybliothecas *b:* bybliotecas *B* bibliothecas *ACD* bibliotecas *E* | 34 qui *AB, corr. b* | illos *bCDE* | 35 temporibus *bis scr. A*

natus sit, uidetur mihi inter Menenios et Appios studuisse; Pacuuium certe et Accium non solum tragoediis sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est. oratio autem sicut corpus hominis ea demum pulchra est, in qua non eminent uenae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exurgit toris, ipsosque neruos rubor tegit et decor commendat. nolo Coruinum insequi, quia nec per ipsum stetit quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret *et* uidemus, in quantum iudicio eius uis aut animi aut ingenii suffecerit. ad Ciceronem uenio, cui eadem pugna cum 22
aequalibus suis fuit quae mihi uobiscum est. illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat; nec ulla re magis oratores aetatis eiusdem praecurrit quam iudicio. primus enim excoluit orationem, primus et uerbis delectum adhibuit et compositioni artem, locos quoque laetiores attentauit et quasdam sententias inuenit, utique in iis orationibus

37 Actium *C* A[$\overset{tt}{pp}$]ium *D* | tragediis *AE* in tragediis *Ritterus* | 40 pulcra *D* | 42 menbra *D* | exuritoris *D* | rubor *B*: rubore *ACDE* robur* *b* | 43 decor[um] *D* decore *Lipsius* | Curuinum *C* | 44 nec] non *CDE* | stetit *om. D* | 45 et uidemus in quantum *Acidalius*: uiderimus inquam ($\overset{m}{iq}$ *A* quam *b* in quantum *E*) *ABCDE* ** uiderimus *Seebodius*. uberrimus, in quantum — suffecit *Nipperdeius Philol. I p.* 670. stetisse — uidemus, in quantum — suffecit *Freinshemius* | 46 uis *om. C* | aut *om. E*

4 eiusdem aetatis oratores *CDE* | 6 oratioenem *D* | ex *B* | dilectum *E* | 7 locosque *B* | lectiores *b* latiores (*p*) *supra uersum corr. aut B aut b* | 8 hiis *D* his *E*

quas iam senior et iuxta finem uitae composuit, id est postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat quod optimum dicendi genus esset. nam priores eius orationes non carent uitiis antiquitatis: lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus; tarde commouetur, raro incalescit; pauci sensus apte *cadunt* et cum quodam lumine terminantur. nihil excerpere, nihil referre possis, et uelut in rudi aedificio firmus sane paries et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. ego autem oratorem sicut locupletem ac lautum patrem familiae non eo tantum uolo tecto tegi quod imbrem ac uentum arceat, sed etiam quod uisum et oculos delectet; non ea solum instrui supellectile quae necessariis usibus sufficiat, sed sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut sumere in manus et aspicere saepius libeat. quaedam uero procul arceantur ut iam oblitterata et olentia: nullum sit uerbum uelut rubigine infectum, nulli sen-

9 senior iam *bCDE* | iusta *B* | 11 esset *E:* est *ABCD* | 12 laetus *D* | 13 principis *D* | ociosus *ABE* | 14 comouetur *D* | 15 apte cadunt et *scripsi:* opt. et *Ap* opt. ..... et *BV* optet *C* opti et *D* optet ..... *E* apte et *Acidalius* apte numeroseque et *C. S. Schurzfleischius actorum litter. p.* 156 | limine *B, corr. b* | 16 refe[ll]ere *D* | *fort.* set | 17 aedifitio *C* hedifitio *D* | &̄ *D* | 18 expollitus *D* | splendidus *D* | 19 ac] aut *D* | lautum *Lipsius:* laudatum *ABCDE* | tantum eo *B* | 20 imbrem *om. D* | tectum *B, sed corr.* uentum | 22 supellectili *CD* | 23 summere *D* | 24 et] ut *CDE* | libeat *Agricola:* liceat *ABCDE* ¶ 25 arceantur *Lipsius:* arcentur *ABCDE* | obliterata *AB* | et exoleta *Acidalius* | 26 uelut *Rhenanus:* uel *ACDE* quod *B, sed corr.* ** uel *Ritterus*

sus tarda et inerti structura in morem annalium conponantur; fugitet foedam et insulsam scurrilitatem, uariet compositionem, nec omnes clausulas uno et eodem modo determinet. nolo irridere rotam Fortunae 23 et ius uerrinum et istud tertio quoque sensu in omnibus orationibus pro sententia positum ‘esse uideatur.’ nam et haec inuitus retuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt ii qui se antiquos oratores uocant. neminem nominabo, genus hominum significasse contentus; sed uobis utique uersantur ante oculos isti qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt, quibus eloquentia Aufidi Bassi aut Seruilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet, qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt, † Calui mirantur. quos more prisco apud iudicem fabulantes non auditores sequuntur, non populus audit, uix denique litigator perpetitur: adeo maesti et inculti istam ipsam quam iactant sanitatem non firmitate sed ieiunio consequun-

27 inherti *D* | componantur *ABCE* | 28 fugiet *CD* | fedam *A* | insculsam *D* | scurilitatem *ACD* | 30 terminet *Lipsius*

1 rotam Fortunae] *Cic. in Pis.* 22 | 2 ius uerrinum *Cic. in Verr. II*, 1, 121 | Vetrinum *AB* | illud *BCDE* | 4 inuitus *B corr. ex* inuitatus: inuitatus *ACDE* | 6 uocant *Lipsius:* uocabant *ABCDE* | 8 isti *del. bC* | Oratio *AC* | 9 Aufidi *E:* tui fidi *ABC* cui fidi *D* cui Aufidi Δ tui Aufidii *p* | 10 Nouiani ex *corr. ex* Noniani et *B* | 11 Varonis *D* | 12 et oderunt *B* (et *supra uersum add.*); *del. Heumannus* | L. Aelii *Nipperdeius* * *p.* 569 | 13 iudicem *corr. ex* iudices *D* | 14 secuntur *C* seqūtur *D* | denique] etiam *D* | 15 adco *D* | moesti *BC* | illam *bCDE* | 16 non firmitate *Acidalius:* infirmitatemque *AB* infirmitatem *CDE* non firmitate quadam *Ritterus* | ieiuno *D* | consequentur *C* consequenter *D*

tur. porro ne in corpore quidem ualitudinem medici probant quae animi anxietate contingit; parum est aegrum non esse: fortem et laetum et alacrem uolo. prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur. uos uero, *uiri* disertissimi, ut potestis, ut facitis, illustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. nam et te, Messalla, uideo laetissima quaeque antiquorum imitantem et uos, Materne ac Secunde, ita grauitati sensuum nitorem et cultum uerborum miscetis, ea electio inuentionis, is ordo rerum, ea quotiens causa poscit ubertas, ea quotiens permittit breuitas, is compositionis decor, ea sententiarum planitas est, sic exprimitis affectus, sic libertatem temperatis, ut etiam si nostra iudicia malignitas et inuidia tardauerit, uerum de uobis dicturi sint posteri nostri.'

24 quae cum Aper dixisset, 'agnoscitisne' inquit Maternus 'uim et ardorem Apri nostri? quo torrente, quo impetu saeculum nostrum defendit! quam copiose ac uarie uexauit antiquos! quanto non solum ingenio ac spiritu sed etiam eruditione et arte ab ipsis mutuatus

17 ualetudinem *CD* | 18 a nimia *Groslotius in Burmanni syll. epist. I p.* 358.! *fort.* cum (ai *A*) | 20 proprie *CD* | est ab *E* | solo *B* | 21 uiri *add. Acidalius* | 22 illustre *E* | pulcherimo *D* | 23 Messala *ABCE* | lectissima *b Rhenanus* | 26 ea quotiens *Wopkensius in misc. obss. crit. VII p.* 399: et quotiens *ABCDE* | 27 postulat *D* | hubertas *b* | permittit *E* (perm. breu. *in lit.*): permittitur *ABCD* | 28 planitas *B* plenitas *D* sanitas *Lipsius* grauitas *Schultingius* | 29 et *E*

1 quom *C* | 3 deffendit *D* | 4 uarię *D* | nō *C* (n *in lit.*) | 5 illis *Halmius* *

est per quae mox ipsos incesseret! tuum tamen, 'Messalla, promissum inmutasse non debet. neque enim defensorem antiquorum exigimus nec quemquam nostrum, quamquam modo laudati sumus, iis quos insectatus est Aper comparamus. ac ne ipse quidem ita sentit, sed more ueteri et a ueteribus philosophis saepe celebrato sumpsit sibi contradicendi partes. igitur exprome nobis non laudationem antiquorum (satis enim istos fama sua laudat), sed causas cur tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim centum et uiginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.'

tum Messalla: 'sequar praescriptam a te, Materne, formam; neque enim diu contradicendum est Apro. qui primum ut opinor nominis controuersiam mouit, tamquam parum proprie antiqui uocarentur quos satis constat ante centum annos fuisse. mihi autem de uocabulo pugna non est; siue istos antiquos siue ma-

6 est] ē.? *B in lit.* | incessere *D* | Messala *ABCE* | 7 immutasse *ABCE* | d; *D* | 8 defesorem *C* | quenquam *CE* | nostrum *Acidalius:* nostrorum *ABCE* nostrorum defensorum *D* | 9 modo — quos *om. D* | his *E* | modo insectatus *CD* | 10 comparamus] comperatus est aper comperamus *D* | 11 ueteribus *Nipperdeius* * *p.* 571*:* nris *AB* uestris *CDE, del. Muretus* | [celebrato] philosophis *B* phylosophis *E* | 12 caelebrato *C* | 14 illos *bCDE* | causa *D* | in tantum *CDE* | 15 recesserimus *DE* recessimus [er] *C:* recessimus *AB* | 16 centum et xx· *B* c· et· xx *CD* | 17 effici *del. Roerschius rev. de l'instr. publ. en Belge* 1865 *p.* 301 | collegerit *ABE:* colligitur *CD*

1 Messala *BCE* | praescriptam a te *ABD:* perscriptam et *C* et prescriptam *E* | 4 proprie parum proprie *D* | uocaretur *D* | 5 constaret *CE* | 6 illos *CDE*

toga induere quam fucatis et meretriciis uestibus insignire. neque enim oratorius iste, immo hercle ne uirilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut lasciuia uerborum et leuitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant. quodque uix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii loco plerique iactant cantari saltarique commentarios suos; unde oritur illa foeda et praepostera sed tamen frequens sicut scitis clausula et exclamatio, ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. equidem non negauerim Cassium Seuerum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur qui postea fuerunt, posse oratorem uocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus uiri habeat quam sanguinis; primus enim contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore uerborum, ipsis etiam

6 fugatis *D* | meretricis *D* | 7 hercule *E* | 8 quo quo *D* | 9 a[u]-tores *B* auctores *A* actores *V* oratores *Ritterus* | utimur *D* | 10 *istrionales *B* | 12 debebat *Muretus* | 13 comentarios *D* | 14 forda *A* | 15 sicut scitis *Orellius:* sicut his *ABCDE* ut sic dixerim *Schopenus* | clausula et *Dryander coni. in dial. p.* 24 (cla et *CD*Δ)*:* clā et *A* clam et *Bp* dam ... et *E* laus et *Orellius* plaudentium *uel* fautorum *Halmius* audientium *Teuffelius* | frequens quibusdam exclamatio *Rhenanus* | 16 tenere *Lipsius:* temere *ABCDE* | ęquidem *C* | 17 quem quem *D* | 18 nominare Aper noster *E* | hiis *D* his *E* | 19 posse *CDE:* post se *A* pos*se *B* post se posse *V* | 20 uiri *Luenemannus:* uis *ABCDE* bilis *Wopkensius in misc. obss. crit. VII p.* 401 puris *Schurzfleischius actorum litter. p.* 134 | 21 contento *CD*

quibus utitur armis inconpositus et studio feriendi plerumque deiectus, non pugnat sed rixatur. ceterum, ut dixi, sequentibus comparatus et uarietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum uirium robore multum ceteros superat, quorum neminem Aper nominare et uelut in aciem educere sustinuit. ego autem expectabam ut incusato Asinio et Caelio et Caluo aliud nobis agmen produceret plurisque uel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus; nunc detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est nisi in publicum et in commune, ueritus credo ne multos offenderet si paucos excerpsisset. quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum? at ego 27
non uerebor nominare singulos, quo facilius propositis exemplis adpareat, quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia.'

23 inconpositis *D* incompositus *ABDE* | studiis *ABCD* | 24 plerunque *CE* | deuectus *CD* | 25 comparatus *om.* *D* | 27 multum *corr. ex* multos *B* | nemine *D* | 28 uelut] uult *AB*, *sed B corr.* | substinuit *C* | 29 incusato *CE*: in Curato *A* incurato *BD* | Cylio *A* Coelio *B* | 30 plerisque *CD* | certo *A* | 31 alium Bruto *post* Ciceroni *add.* *Spengelius p.* 13 | 32 nunc *Rhenanus:* non *ABCDE* | 35 inomne *C* in comune *DE* | ueritus *Lipsius:* ueritum *ABCDE* | offenderet *ACDE:* laederet *B* | 36 excepisset *Pithoeus* | scholasticorum *BDE* | 37 non hac sua] in hac *E*

2 quos *D* | 3 appareat *ABCE* | fracta *B:* freta *ACDE* | diminuta *AE* dimunuta *B*

'† aparte' inquit Maternus 'et potius exolue promissum. neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me equidem in confesso est, sed causas exquirimus quas te solitum tractare paulo ante ***, plane mitior et eloquentiae temporum nostrorum minus iratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos lacessendo.'

'non sum' inquit 'offensus Apri illa disputatione, nec uos offendi decebit si quid forte aures uestras perstringat, cum sciatis hanc esse eius modi sermonum legem, iudicium animi citra damnum affectus proferre.'

'perge' inquit Maternus: 'cum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, *a* qua uel magis degenerauimus quam ab eloquentia.'

28 et Messalla 'non reconditas, Materne, causas re-

‡ aparte aparte·
5 Apparate *A* Appara te *BV* Apparate *C* (aparte *add. c*) Aparte *D* Aperte *E* approperate *P* Appropera *p. fort.* at parce iis | appropera — et otius *Acidalius* | Maternos *D* | exsolue *CD* | 6 hoc *CE*: hec *AB* hęc *D* | 7 anticos *D* | quos *E* | quidem *B* aequidem *C* | 9 dixisti *e quodam libro ins. Lipsius,* aiebas *Halmius,* dixisti, tum quidem *Haasius* dixisti, cum esses *Schopenus* | mitior et eloquentiae *Schelius:* mitiore eloquentia et *ABCDE* | 10 minus *Weissenbornius Jahrb. f. Philol. XXXIII p.* 66 miratus *ABCDE* non *Schelius* non ita *Schopenus* | 11 istos *Schultingius* | incessendo *Heumannus* | 12 suum *D* | Apri illa *Silligius progr. Dresd. a.* 1841 *p.* 3*:* a prima *ABCDE* Aprina *Lipsius* Apri nostri *Gronouius* | 13 nec *p:* nam et *ABD* nam nec *CE* | iam (nam *Spengelius p.* 13) et uos offendi dedecebit *Noltius perm. Tac. loc. p.* 37 | perstringit *CE* perstrigit *D* perstringet *Lipsius* | 14 quom *C* | 16 et cum *CE* | 17 a *add. b*

Tu
1 Et *CDE:* Qui *A* [Qui] *B* cui *Halmius* | Messala *BC* |

quiris nec aut tibi ipsi aut huic Secundo uel huic Apro ignotas, etiam si mihi partes assignatis proferendi in medium quae omnes sentimus. quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes desciuisse ab illa uetere gloria non inopia † hominum, sed desidia iuuentutis et neglegentia parentum et inscientia praecipientium et obliuione moris antiqui? quae mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant. quamquam uestra uobis notiora sunt: ego de urbe et huius propriis ac uernaculis uitiis loquar, quae natos statim excipiunt et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de seueritate ac disciplina maiorum circa educandos formandosque liberos pauca praedixero. nam pridem suus cuique filius, ex casta parente natus, non in cella emptae nutricis sed gremio ac sinu matris educabatur, cuius praecipua laus erat tueri domum et inseruire liberis. eligebatur autem maior aliqua natu propinqua, cuius probatis spectatisque moribus omnis eiusdem familiae suboles commit-

2 sclo *C* | 3 ignoras *D* | etiam] Etenim iam *C* | 5 decuisse *D*, *sed corr.* | 6 hominum] ingeniorum *Frid. Iacob ap. Halmium* | 7 negligentia *ABCDE* | ignorantia *D* | 9 in *om. ACD* | 11 huius *Spengelius p.* 14*:* his *ACDE* iis *B* urbis *Weinkauffius de Tac. dial. auct. I p.* 28 | 13 de *b* (*an corr. B?*) *p:* a *ABCDE* | 14 circa] contra *D* | aeducandos *C* educados *D* | 15 nam pridem *Weissenbornius Jahrb. f. Philol. XXXIII p.* 67*:* Iam pridem *ABCDE* iam primum *Rhenanus* | suis *D* | 16 cella *p:* cellam *ABCE* cella *D* | 17 educabatur *bCDE:* educabitur *AB* | erat *bCE:* erit *ABD* | 18 *post* liberis *Bernhardyus roem. Litt. not.* 25 *transponit* 23 ac — 27 accepimus, *Sauppius Philol. XIX p.* 262 25 sic — 27 accepimus | *post* autem *excidisse suspicor* uolgo *uel* saepe | 20 so-

teretur; coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhonestum factu uideretur. **ac non studia modo curasque sed remissiones etiam lususque puerorum sanctitate quadam ac uerecundia temperabat. sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti matrem praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. quae disciplina ac seueritas eo pertinebat, ut sincera et integra et [in] nullis prauitatibus detorta unius cuiusque natura toto statim pectore arriperet artis honestas et, siue ad rem militarem siue ad iuris scientiam siue ad eloquentiae studium inclinasset, id solum age-
29 ret, id uniuersum hauriret. at nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus seruis, plerumque uilissimus nec cuiquam serio ministerio accommodatus. horum fabulis et erroribus et uitiis teneri statim et rudes animi

boles *ABCDE* | 21 cora *D* | qu[i]a *C* | dicere *Ep:* discere *ACD* di*cere *B* | 22 neque] aut *E* | facere *om. D* | fctū *D* | 23 *lacunam indicauit Bernhardyus; fortasse inserendum est* mater uero non | ac] haec *Muretus* | remissio[r]es *A* | 24 lusus *D* | 26 Atiam *Ernestius:* Acciam *ACDE* actiam *B* | matrem *del. Sauppius Philol. XIX p.* 262 | aeducationibus *C* | 28 sincęra *D* | 29 in *del. Rhenanus* | prauitatibus *corr. ex* partibus *B* | 30 statim toto *D* | artes *ABE* | 31 ad rem *CDE* (at *supra* rem *add. c*): ad *AB*

1 Ac *D* | delegatum *D* | 3 seruis] sed eas *D* | plerunque *CE* | uillissimus *D* | 4 ministerio *corr. ex* ministro *A* | accomodatus *D* | 5 eroribus *D* amoribus *Ritterus* moribus *adulescentulus quidam apud Classenum Eos I p.* 12 | et uitiis *Eckfteinius:* et uirides *AB* (*del. b, om. p*) et uiles *C* (al uires *c supra uersum add.*) et uires *DΔ* et uides *e in lacuna*

imbuuntur, nec quisquam in tota domo pensi habet quid coram infante domino aut dicat aut faciat. quin etiam ipsi parentes nec probitati neque modestiae paruulos assuefaciunt, sed lasciuiae et dicacitati, per quae paulatim impudentia inrepit et sui alienique contemptus. iam uero propria et peculiaria huius urbis uitia paene in utero matris concipi mihi uidentur, histrionalis fauor et gladiatorum equorumque studia: quibus occupatus et obsessus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? quotum quemque inuenies qui domi quicquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intrauimus? ne praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent; colligunt enim discipulos non seueritate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione salutationum et illecebris adulationis. transeo prima discentium elementa, in quibus et ipsis parum laboratur: nec in auctoribus cognoscendis nec in euoluenda antiquitate nec in notitia uel rerum uel ho-

6 habent *D* | 7 domino dicat *C* | fatiat *D* | 8 nec probitati *B*: ꝉ nec improbitati *A* nec [im]probitati *C* nec improbitati *D* improbitati *EΔ* | 9 assuefatiunt *D* | lasciuę *D* | dicacitati *B corr. ex* bibacitati: bibacitati *ACDE* libertati *p* uiuacitati *Rutgersius uar. lectt. p.* 234 | 10 paulatim *** *B* (*fuerat* per) | irrepit *ABCE* | 11 iam] *an* ista? | 12 penę *D* | mihi] ĭibi *D* | istrionalis *b* histionalis *D* | 13 aequorumque *C* | 15 relinquit] relinquitur *CD*. occupatis et obsessis animis — relinquitur *Halmius* * | quocum *D* | quenque *E* | inuenies *bCDE*: inuenires *AB* inueneris *p* | 18 ne *E*: nec *ABCD* | ullas quidem *B* | 19 collīg *D* | 21 salutātium *D* | audi(la)tionibus *D* | 23 autoribus *AB* | 24 notitia *corr.* *BE*: noticiam *A* notitiam *BCD*

30 minum uel temporum satis operae insumitur, sed expetuntur quos rhetoras uocant. quorum professio quando primum in hanc urbem introducta sit quamque nullam apud maiores nostros auctoritatem habuerit, †statim dicturus referam necesse est animum ad eam disciplinam qua usos esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor et quotidiana meditatio et in omni genere studiorum assiduae exercitationes ipsorum etiam continentur libris. notus est uobis utique Ciceronis liber qui Brutus inscribitur, in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae uelut quandam educationem refert: se apud Q. Mucium ius ciuile didicisse, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse, neque iis doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium uarietatem complecteretur. itaque hercle in libris Ciceronis deprehendere licet non

1 insumere *C* | 2 rethoras *D* | uocant *CE:* uocatis (l uocant) *AB* uocātis *D* | 4 nulla *D* | 5 non latius *Nipperdeius** *p.* 574 | dicturus *Gronouius:* de curiis *ABCD* decurrens *E* dicam. prius *Acidalius. fort.* iam non persecuturus | 6 qua usos *B:* quo ausos *ACE* quo auos *D* | [nr̄os] eos *D* | 7 cotidiana *C* | 8 exercitationes *corr. BE:* exercitationis *ABCD* | 9 uobis *Rhenanus:* nobis *ABCDE* | utique nobis *D* | 13 aeducationem *C* | refert *corr. B:* referre *ABCDE* | Mutium *ABCDE* | ciuille *D* | 14 Phylonem *C* | Achademicum *ABCD* | Diodotum *C:* Dyodorum *AE* Diodorum *BD* | 15 poenitus *C* | huīsse (*i. e.* habuisse) *D* | 16 neque] ī *A* | his *CE* hiis *D* | copiam *C* | in urbe *om. D* | 19 hercule *CDE* | et in *E* | licet *corr. ex* dicet *D*

geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius artis ingenuae scientiam ei defuisse. ille dialecticae suptilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognouerat. ita est enim, optimi uiri, ita: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat ista admirabilis eloquentia; neque oratoris uis et facultas sicut ceterarum rerum angustis et breuibus terminis cluditur, sed is est orator qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum uoluptate audientium possit. hoc sibi illi ueteres persua- 31
serant, ad hoc efficiendum intellegebant opus esse non ut in rhetorum scholis declamarent nec ut fictis nec ullo modo ad ueritatem accedentibus controuersiis linguam modo et uocem exercerent, sed ut [in] iis artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto disputatur; haec enim est oratori subiecta ad dicendum materia. nam

20 geometricę *D* | gramatice *D* | 21 ingenuae artis *CDE* | iste *A* ille *B*, *sed* ll *in lit.* | 22 dialecticae *C:* Dyaletice *A* dialeticae *BDE* | subtilitatem *ACDE* | iste *A* ille *B*, *sed* ll *in lit.* | 23 iste *AB*, *sed B corr.* | ortus *Hofman Peerlkamp in bibl. crit. noua V p.* 134 | cognouerit *D* | 25 exhuberat *b* | 26 illa *CDE* | 27 angustiis *D* | 28 eluditur *D* clauditur *E* | his *D* | 29 pulcre *C* | ornate quid orator et *C; in marg. minio pictum* Quid sit oratoris proprium*; B in marg.* De officio oratoris

1 hoc *CE:* hec *A* hęc *BD* | 2 hęc *D* | intelligebant *ABCDE* | 3 scolis *DE* | 4 accidentibus *E* | 5 exercerent *E:* exercent *ABCD* | in *del. p* | iis *C:* his *ABE* hiis *D* | 6 implorent *C* | et malis *D* | honesti *D* | 7 haec] nec *D* | 8 est enim *CDE* | ad dicendum subiecta *E*

in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus *de utilitate, in laudationibus* de honestate disserimus, ita ut plerumque haec inuicem misceantur; de quibus copiose et uarie et ornate nemo dicere potest nisi qui cognouit naturam humanam et uim uirtutum prauitatemque uitiorum et *habet* intellectum eorum quae nec in uirtutibus nec in uitiis numerantur. ex his fontibus etiam ista profluunt, ut facilius iram iudicis uel instiget uel leniat qui scit quid ira, promptius ad miserationem impellat qui scit quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. in his artibus exercitationibusque uersatus orator, siue apud infestos siue apud cupidos siue apud inuidentes siue apud tristes siue apud timentes dicendum habuerit, tenebit uenas animorum et prout cuiusque natura postulabit adhibebit manum et temperabit orationem, parato omni instrumento et ad omnem usum reposito. sunt apud quos adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud hos dedisse operam dialecticae proficiet. alios fusa et aequalis et ex

9 *lacunam expleuit Vrsinus* | 10 sed ita *uel* ita tamen *Acidalius* | 11 plerunque *AE, om. C* phī *D* | haec] haec ipsa *CDE* | misceant *D* | 14 habet *post* intellectum *ins. Schopenus* | neque *CE* | 15 neque *CDE* | in *om. B* | *post* uitiis *B ins.* [cōtinētr] | 16 illa *bCDE* | 17 lęniat *B* | ira (*D*) *Lipsius:* ire *AE* irę *A* irae *C* ira sit *Pithoeus* sit ira *Orellius* ira et *Fr. Iacob ap. Halmium* | pmptius *D* | ad *CE:* et *ABD* | misericordia] nĩa *D* | 19 motus *D* | 20 uersatus *EΔ:* uersatur *ABCD* | 21 uidentes *D* | 22 huĩt (*i. e.* habuit) *D* | habenas *p* | 23 postulauerit *CE* | 24 omnem orationem *AB, corr. B* | 25 astrictum *BDE* | 27 fidei *p:* fidem *ABCDE* | miretur *D* | 28 dialecticae *corr. uel B uel b:* dia-

communibus ducta sensibus oratio magis delectat: ad hos permouendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos. dabunt Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem; ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere iisque prout res poscit uti alienum erit oratori. neque enim sapientem informamus †neque Stoicorum ciuitatem, sed eum qui quasdam artes haurire, omnes libare leuiter debet. ideoque et iuris ciuilis scientiam ueteres oratores conprehendebant, et grammatice musice et geometria imbuebantur; incidunt enim causae plurimae quidem ac paene omnes quibus iuris notitia desideratur, plerae-

leticae *ABCDE* | 29 comunibus *D* | oratio *om. D* | 30 permouendos *CE:* promouedos *AB* commouedos *D* | mutuabimus *A* mut^{u},abimur *C* | peripateticis *E:* peripathecis *A* peripatheticis *BCD* | apertos *C* | 32 Achademici *ABCDE* | pugnātem *D* | Zenophon *C* Zenofon *D* Xenofon *E* | 33 iocunditatem *AE* uicumdeit^{e}[u]m *D* | nę *D* | 34 exclamationis *D* | 35 nō *ante* erit *ins. B, sed del. uel B uel b* | 36 nec *CE* | citem *A* artē *B* ciuitatem *b in marg. CDE* ciuem *Doederlinus. sententia flagitare uidetur* ex Stoicorum mente *uel* secundum Stoicorum arbitratum (*uel* seueritatem) | eum] disertum *Doederlinus* | 37 haurire *Lipsius:* audire *ABCDE* | libare leuiter *Silligius ap. Bachium:* liberaliter *ABCDE* libare *Bekkerus* | debe[a]t *D* | 38 ciuilis *om. B* | conprehenderunt *D* comprehendebant *ABCE* | 39 grammaticae musicae *DV* grammatica musica *Rhenanus* grammatica et musica *Ritterus* | et *del. Wesenbergius emendd. Cic. Tuscc. III p.* 20 | geometria *Rhenanus:* geometr^{c}ie *A* geomet^{i}ce (*fuerat* ę; ic *b scripsisse uidetur*) geometrice *CE* geometricę *D* geometriae *V* | imbuobantur *E* | 41 noticia *A* | desiđratr *B* (sid *b in lit.*) | ple-

32 que autem in quibus haec scientia requiritur. nec quisquam respondeat sufficere ut ad tempus simplex quiddam et usu facile doceamur. primum autem aliter utimur propriis aliter commodatis, longeque interesse manifestum est possideat quis quae profert an mutuetur. deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat atque ubi minime credas eminet et excellit. idque non doctus modo et prudens auditor sed etiam populus intellegit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem esse fateatur; quem non posse aliter existere nec extitisse umquam confirmo nisi eum, qui tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeo neglegitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus eorum huius quoque quotidiani sermonis foeda ac pudenda uitia deprehendantur, ut ignorent leges nec teneant senatus consulta,

raeque *b Rhenanus:* plerunque *ACE* plerũque *BD* | 42 haec quoque *CDE* | reperitur *B*, *sed supra uersum* quiritur *addidit uel B uel b*

2 sufficere *E:* sufficeret *ABCD* | 3 usu facile *scripsi:* uniforme *ABCDE* informe *p* | autem] enim *Rhenanus* | 5 quisq; *CE* | quis quae profert *initio seq. schedae repetit D* | 9 intelligit *ABCDE* | ita] iã *B* | 10 ut *ex* aut *corr. et B et b* (*ed. Basil. a.* 1519)*:* aut *ACDE* | legittime *D* | 11 isse *C:* isse et *ABD* isset *E* | 12 neque *CE* | unquam *ABCDE* | 15 negligitur *ABCDE* | 16 huius *Halmius:* uis *Ab* ius *BCDE* uix *p. an* ipsius*?* | ius quoque] usquequaque *Bezzenbergerus progr. Dresd. a.* 1844 *p.* 46 | cotidiani *CE* | 17 feda *A* | reprehendantur *D* | 18 nec] non *CDE* | .S. Cta. *A* ·S· Cons *B* .S. Consulta *CD*

ius ciuitatis ultro derideant, sapientiae uero studium et praecepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus et angustas sententias detrudunt eloquentiam uelut expulsam regno suo, ut quae olim omnium artium, domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur. ego hanc primam et praecipuam causam arbitror, cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. si testes desiderantur, quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est? et Cicero his ut opinor uerbis refert, quicquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum *officinis* sed Academiae spatiis consecutum. sunt aliae causae, magnae et graues, quas *a* uobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus expleui et, quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi. quod si forte haec audierint, certum habeo dicturos me, dum iuris et philosophiae

20 poenitus *C* | 21 detrudunt *D:* detrudant *ABCE* | 22 utq; *CE*, quaė *supra versum scr. c* | 23 domina] dicunt *D* | committari *D*, *sed corr.* committatu | 24 nec *D* | circuncisa *E* | 26 sordissimis artifitiis *D* | ergo *CDE* | hā *D* | 27 arbitror cur *p:* arbitratur *AE* arbitratus *B* arbitror *CD* | 28 recessimus *B* recenserimus *D*, *sed corr.* | 30 Demostenem *D* | 31 *fuisse *B* (*fuit* pfuisse) | 33 non in *Acidalius* | officinis *ins. Haasius ex Cic. or.* 12 | Achademiae *ABCE* | 35 a *add. b Rhenanus* | aperiri* *B* (*fuisse uidetur* aperire) | 37 quod *ABCE:* quos *D* qui *p* | audiuerint *B* | 38 me* *B*

scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.’

33 et Maternus ‘mihi quidem’ inquit ‘susceptum a te munus adeo peregisse nondum uideris, ut incohasse tantum et uelut uestigia ac liniamenta quaedam ostendisse uidearis. nam quibus *artibus* instrui ueteres oratores soliti sint dixisti differentiamque nostrae desidiae et inscientiae aduersus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera expecto, ut quem ad modum ex te didici quid aut illi scierint aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam quibus exercitationibus iuuenes iam et forum ingressuri confirmare et alere ingenia sua soliti sint. neque enim solum arte et scientia sed longe magis facultate et *usu* eloquentiam contineri nec tu puto abnues et hi significare uultu uidentur.’

deinde cum Aper quoque et Secundus idem adnuissent, Messalla quasi rursus incipiens: ‘quoniam

2 nūdum *D* | inchoasse *BDE* | 3 ac] et *E* | 4 artibus *ins. Schopenus Teuffelius* | 5 sint *corr. ex* sunt *B* sunt *DE* | dramque *D* | 6 inscientiae *Rhenanus:* scientiae *ABCDE* | foecundissima *BCD* | 7 demostrasti *D* | ut] in *D* | 8 quod *CE* | scierint *Schurzfleischius actt. litter. p.* 178*:* scirent *ABCDE* scirint *Heinrichus ad Iuu.* 15, 168 | 9 resciamus *C* | 10 iuuenes *corr. ex* inuenies *D* | ingraessi *C* ingressi *D* | 11 sua] sunt *D* | sint *corr. ex* sunt *B* sit *D* | solum *Dronkius:* dum *ABCDE om. p* tantum *Ritterus* tam *Steinerus progr. Crucenac. a.* 1863 *p.* 26 | 12 inscientia *ABE* | usu *ins. Tyrwhittus ap. Kiddium opusc. Ruhnk. p. LXX;* et *del. Rhenanus* | eloquentiam *Rhenanus:* eloquentia *ABCDE* | 13 hi *Rhenanus:* ii *ABCDE om. p* | 15 et *om. E* | annuissent *BC* | 16 Messala *BCE*

initia et semina ueteris eloquentiae satis demonstrasse uideor, docendo quibus artibus antiqui oratores instituti erudirique soliti sint, persequar nunc exercitationes eorum. quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot tam reconditas, tam uarias res potest nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati usus eloquentiae accedat. per quae colligitur eandem esse rationem et percipiendi quae proferas et proferendi quae perceperis. sed sicui obscuriora haec uidentur isque scientiam ab exercitatione separat, istud certe concedet, instructum et plenum his artibus animum longe paratiorem ad eas exercitationes uenturum quae propriae esse oratorum uidentur. ergo apud 34
maiores nostros iuuenis ille qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre uel a propinquis

18 uideor *corr. B:* uidetur *ABCDE* | 19 persequar *corr. B:* persequor *ABCDE* | nunc *om. D* | 20 ipsi *D* | 21 percipere *om. D* | tam reconditas *Muretus:* aut reconditas *ACD* aut reconditas aut *B* (*alterum* aut *add. b*) et ... aut reconditas *E* reconditas aut *p* | tamque uarias *Halmius* | 22 pt *D* | ut *del. Acidalius* | meditatione *D* | 23 usus *Acidalius:* uis *ABCE* ius *D* | eloquentiae *del. Sauppius Philol. XIX p.* 262 | 24 tandem *D* | percipiedi *D* | 25 perceperis] percipis *AB* | 26 seperet *D* | illud *bCE* id *D* | 27 concedet *corr. ex* contendet *D* | 28 paratiorem *Lipsius:* pate *A* paratū *B, sed* ū *in lit.* (*b?*) aperte *C* parate *DE* paratissimum *Halmius** | 29 propie *B* | esse oratorum *Agricola:* et ornaturum *AB* (*correcturus fuerat* ex) *D* et ornatorum *C* ex ornaturum *E* circa oratorium *b in marg.* (*ita ed. pr.*, circa oratoriam *p*) oratorum *Broterius*

2 praeparabatur *Ritterus* | 3 referctus *B, corr. b*

ad eum oratorem qui principem in ciuitate locum optinebat; hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse siue in iudiciis siue in contionibus adsuescebat, ita ut altercationes quoque exciperet et iurgiis interesset utque sic dixerim pugnare in proelio disceret. magnus ex hoc usus, multum constantiae, plurimum iudicii iuuenibus statim contingebat in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex respuat et aduersarius exprobret, ipsi denique aduocati aspernentur. igitur uera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur, et quamquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant; habebantque ipsius populi diuersissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent quid in quoque uel probaretur uel displiceret. ita nec praeceptor deerat, optimus quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae non imaginem praestaret, nec aduersarii et aemuli, ferro non rudibus dimicantes; sic auditorium semper plenum, semper nouum, ex inuidis et fauenti-

5 obtinebat *CDE* | 7 concionibus *D* | 8 assuescebat *B* (s *corr. ex* d) *CDE* | exciperet *Bekkerus:* excipere *ABCDE* | 9 interesset *Bekkerus:* interesse *ABCDE* se inserere *Orellius* | p̄lio *B* praelio *C* prędio *D* prelio *E* | 10 ·disceret* *B, sed* r *et* t *corr. b; uid. fuisse* discedent | magnus *B* (u *corr. ex* o): magnos *ACDE* | multumque *B* | 14 exprobet *DE* | 16 incorrupta *corr. ex* corrupta *B* | 19 populi et *E* populi i(d est) *Lipsius* | 21 dis[ci]pliceret *B* | 23 immaginem *D* | 24 rudibus *P. Faber semestr. l. II c.* 11: sudibus *ABCDE* | sic *scripsi:* sed *ABCDE* nec *Haasius* et *Schelius* | 25 semper nouum semper plenum *C* | inuidiis *D*

bus, ut nec *male nec* bene dicta dissimularent. scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam non minus in diuersis subselliis parari quam suis, inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari. atque hercule sub eius modi praeceptoribus iuuenis ille de quo loquimur — oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum — eruditus et assuefactus alienis experimentis, cui quotidie audienti notae leges, non noui iudicum uultus, frequens in oculis consuetudo contionum, saepe cognitae populi aures, siue accusationem susceperat siue defensionem, solus statim et unus cuicumque causae par erat. uno et uicesimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, tertio et uicesimo Caesar Dolabellam, altero et uicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Caluus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodie quoque cum admiratione legimus. at nunc 35
adolescentuli nostri deducuntur in †seni scholasti-

26 nec male nec bene *Agricola:* nec bene *ABDE* nec breuiter *C* nec bene nec male *Pithoeus* | dissimularentur *B* | 28 subseliis *D* | 29 imo *BDE* | 31 orato *D* | oratorum — 32 iudiciorum *post* 33 experimentis *collocari iubet Classenus Eos I p.* 10 | 33 cotidie *C* | 34 iuditii ultus *D* | consuętudo *D* | 35 concionum *BC* | siue] suę *D* | acusationem *D* | 36 deffensionem *D* | 37 cuicunque *CD* | uno et uicesimo *Nipperdeius* * *p.* 577*:* nono decimo *ABCDE* | 38 tertio *Pichena:* uno *ABCDE* | 39 uigesimo *CE* uicessimo *D* | Dolobellam *AB* | uigesimo *CE* | 41 Is *D* his *E* | 42 hodieque *CDE*

2 seni *A* sein *CE* sem *D* scena *V* scenā *B* (sed cenā *b in lit.*) scenas *Rhenanus* scholas *Lipsius* | scolasticorum *E*

corum qui rhetores uocantur; quos paulo ante Ciceronis tempora extitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est quod [M.] Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, ludum impudentiae iussi sunt. sed ut dicere instituerам, deducuntur in scholas, *in* quibus non facile dixerim utrumne locus ipse an condiscipuli an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. nam in loco nihil reuerentiae, scilicet in quem nemo nisi aeque imperitus intrat; in condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae uero exercitationes magna ex parte contrariae. nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controuersiae. ex his suasoriae quidem tamquam plane leuiores et minus prudentiae exigentes pueris delegantur, controuersiae robustioribus adsignantur — quales per fidem et quam incredibiliter compositae! sequitur autem ut materiae abhorrenti a ueritate declamatio

3 rethores *D* | Cicero tempore extitisse *C* Cice. extitisse tempore *D* | 5 M. *del. Schurzfleischius actt. litter. p.* 182 L. *Pithoeus. an fuerit* a? | Claud$^{\vdash o}$io, *in marg.* Cra$^{\vdash o}$sso *A* CL^{crasso}audio *B* | 6 claudere *DE* | Cicero] *de or. III,* 94 | 8 scolam *D* scolas *E* | in *ins. Schurzfleischius actt. litter. p.* 182 | 9 an [q] *D* | 10 nihil *om. D* | scilicet *Acidalius:* sed *ABCDE, del. Ernestius* est *idem Acidalius.* sed — intret *Nipperdeius** *p.* 588 | 12 quom *C* | 13 adolescent[es]ulos *D* | securitate audiantur et dicant *E* | 16 rhetores *BD* | controuersę *B* (ę *b in lit.*) | 17 iis *C* | quidem *b:* quid et si *ABE* quod etsi *D* quidem etsi *CV* | 18 delegantur *b:* deleguntur *ABCDE* | controuers*ę *B* | 19 assignantur *BCDE* | perfidie *AB* | 21 aborrenti *D*

quoque adhibeatur similis. uelut tyrannicidarum praemia aut uitiatarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum aut quicquid in schola quotidie agitur, in foro uel raro uel numquam, ingentibus uerbis persequuntur: cum ad ueros iudices uentum

rem cogitant, nihil humile uel abiectum eloqui poterat. magna eloquentia sicut flamma materia alitur et 36
motibus excitatur et urendo clarescit. eadem ratio in nostra quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi assequi uidebantur, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quis-

22 adhibeatur similis. uelut *scripsi:* adhibeatur. sic fit ut *ABCDE. ante* adhibeatur *inseruerunt* similis *Pithoeus*, par *uel* talis *Acidalius*, eadem *Spengelius p.* 13, uana *Orellius* | tiramnicidarum *D* | 23 ac uitiatarum *E* | 24 scola *E* | 25 nunquam *CE* nuquam *D* | 26 persequuntur *C:* prosequuntur *ABE* persequimur *D* persequantur *p* | uentum est *p lacuna non indicata.* Hic desunt sex pagelle *A in marg.* deerant in exemplari sex pagelle uetustate consumptae *B in marg.* Multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur *C* (*an c?*). hic multum deficit Δ hic deest multum: in exemplari dicitur deesse sex paginas *E in marg.* hic deficiunt quatuor parue pagelle *V in marg. in D aliquot uersus uacui relicti sunt, item in BCΔV* | 27 cogitare *CDE* cogitaret *Halmius* cogitans *Haasius* | uel] nihil *CDE*

1 flama *BCD* | alitur] alr *D* (a *add. d?*) | 2 motibus *corr. ex* moribus *B* | 5 compoitā *D* | 6 tātum *D* | illi *Gutmannus* | 7 mistis *B*

que orator saperet quantum erranti populo persuaderi poterat. hinc leges assiduae et populare nomen, hinc contiones magistratuum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum et assignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et assidua senatus aduersus plebem certamina. quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis uidebantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores assequebatur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in prouincias magistratus reuerebantur, hos reuersi colebant, hos et praeturae et consulatus uocare ultro uidebantur, hi ne priuati quidem sine potestate erant, cum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent; quin immo sibi ipsi persuaserant neminem sine eloquentia aut assequi posse in ciuitate aut tueri conspicuum et eminentem locum. nec mirum, cum etiam inuiti ad populum producerentur, cum parum esset in senatu breuiter

9 errati *D* | persuadere *Halmius** | 10 nomen hic *A* | 11 conciones *BC* | 12 reorum *Bc:* rerum *ACDE* | 13 inimicicie *A* inimititiae *D* | 18 assequebantur *D* | 19 quanto *E* | 21 autoritatis *B* | noticie *A* | 22 plębem *D* | parabat *b Pithoeus:* probabat *ABCDE* | 23 magistratur *C* mratue *D* | 24 et *om.* *D* | 26 quidem qui *C* | quom *C* | 27 cogerent *B* | 28 ipsi *om.* *B* | 31 produceretur *D* | cum parum esset *bis scr.* *D*

censere nisi quis ingenio et eloquentia sententiam
suam tueretur, cum in aliquam inuidiam aut crimen
uocati sua uoce respondendum haberent, cum testi-
monia quoque in publicis *iudiciis* non absentes nec
per tabellam dare sed coram et praesentes dicere co-
gerentur. ita ad summa eloquentiae praemia magna
etiam necessitas accedebat, et quo modo disertum
haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et
elinguem uideri deforme habebatur. ergo non minus 37
rubore quam praemiis stimulabantur, ne clientulorum
loco potius quam patronorum numerarentur, ne tra-
ditae a maioribus necessitudines ad alios transirent,
ne tamquam inertes et non suffecturi honoribus aut
non impetrarent aut impetratos male tuerentur. nescio
an uenerint in manus uestras haec uetera, quae et in
antiquariorum bybliothecis adhuc manent et cum
maxime a Muciano contrahuntur ac iam undecim ut

32 quis *Lipsius:* qui *ABCDE, del. Ernestius* | 33 tuerentur *B* *Ernestius* | 34 responden̄ (*i. e.* respondendum) *A* respondere *B* (*sed* re *b in lit., erasa lineola supra praeced.* e) | testimonio *C* | 35 iudiciis *post* publicis *ins. Agricola, post* in *Cuiacius;* in iudiciis *Heumannus* | non [per] *A* | absentis *CE* | 36 quoram *D* | praesentis *E* | 37 summa *corr. ex* summę *B* | praemie *A, corr. a* | 38 et *om. D* | quo modo *Acidalius:* commoda *ABCE, om. D* | 39 pulcrum *D* | sic *Acidalius:* sed *ABCDE*

2 stimulabantur (Δ) *Rhenanus:* stipulabantur *ABCE* stimulabatur *D* | 3 loco *om. E* | 4 transirent *Lipsius:* transissent *ABCDE* | 5 inhertes *D* | suffecturi *C,* c *in lit.* | honores *Schopenus* | 6 ‸impetrarent‸ non *D* | 7 in *om. D* | et *om. D, del. Heumannus* | 8 antiquariorum *Schurzfleischius actt. litter. p.* 187*:* antiquorum *ABCDE* | bibliothecis *ACD* bibliotecis *E* | cum] nunc *bp* | 9 Mutiano *ABCD* | ·XI· *B*

opinor actorum libris et tribus epistularum composita et edita sunt. ex his intellegi potest Cn. Pompeium et M. Crassum non uiribus modo et armis sed ingenio quoque et oratione ualuisse, Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in his studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam potentiam sine aliqua eloquentia consecutum. his accedebat splendor reorum et magnitudo causarum, quae et ipsa plurimum eloquentiae praestant. nam multum interest, utrumne de furto aut formula et interdicto dicendum habeas an de ambitu comitiorum, expilatis sociis et ciuibus trucidatis. quae mala sicut non accidere melius est isque optimus ciuitatis status habendus est in quo nihil tale patimur, ita cum acciderent, ingentem eloquentiae materiam subministrabant. crescit enim cum amplitudine rerum uis ingenii, nec quisquam claram et illustrem orationem efficere potest nisi qui causam parem inuenit. non, opinor, Demosthenem orationes illustrant quas aduersus tutores suos composuit, nec Ciceronem magnum oratorem P. Quintius

10 epłarum *ABE* epistolarum *CD* | 11 aedita *C* | iis *C* | intelligi *BCDE* | potest *corr. ex* possit *D* | Gn. *A* | 13 oratione] ingenio *D* | ualuisse[t] *D* | Metellos et *bCD:* Metellos sed et *ABE*. Sed et *B in marg., deleuit b* | 14 Luculos *AD* | 15 [sed] multum *D* | 16 quenquam *ACE* quamquam *D* | 17 accedat *CD* | 18 causarum *bCDE:* curarum *AB* | 19 praesta[ba]nt *A* | 21 comiciorum *B* | de expilatis sotiis *CD* | 22 ciuibus *p:* comitibus *ABCDE* | 23 habendus est] habendus *CE* est habendus *D* | in *om. D* | 24 ingetem *D* | 28 inuenerit *V* | 30 Quinctius *cod. Vindobonensis*

defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt; non quia tanti fuerit rei publicae malos ferre ciues ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent, sed, ut subinde admoneo, quaestionis meminerimus sciamusque nos de ea re loqui quae facilius turbidis et inquietis temporibus extitit. quis ignorat utilius ac melius esse frui pace quam bello uexari? plures tamen bonos proeliatores bella quam pax ferunt. similis eloquentiae condicio. nam quo *quis* saepius steterit tamquam in acie quoque plures et intulerit ictus et exceperit, quo maior aduersarius et acrior quicum pugnas sibi istas desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobilitatus discriminibus in ore hominum agit, quorum ea natura est ut ** secura uelint.

31 Archia *E* | Catili *D* | 32 circundederunt *CDE* | 33 fuerit *Maduigius opuscc. acad. I p.* 192*:* fuit *ABCDE* | rei publicae *Heumannus:* rēpub^{ca}; *A* .r. p. *B* rem. p. *CDE* | 34 ut *corr. ex* et *B* | 36 nos *om. B* | 37 existit *Lipsius* | 38 bello *corr. ex* bellum *D* | rixari *D* | 39 praeliatores *BCD* preliatores *E* | 40 eloquentis *Schelius* | conditio *CDE* | quis *inserui, Schopenus post* steterit *excidisse putabat* orator | 41 atie quoquę *D* | et *om. C* | 42 excepit *D* | quoque *B* | maiores aduersarios *Boetticherus* | et *a B:* ei *A* eo *CDE* est et *Ritterus* | et acriores pugnas *Orellius* | 43 quicum *Latinius bibl. II p.* 37*:* qui *ABDE* per *C* | istas *scripsi:* ipsas *ACDE* ipse *B* asperas *p* ipsa *Orellius* | 44 nobilitatus *corr. ex* nobilitatis *B* nobilitate *D* nobilitata *Latinius* | discriminibus *Lipsius:* criminibus *ABCDE* certaminibus *Acidalius* | 45 *lacunam primus indicauit Agricola.* ut ancipitia, non secura uelint *Schopenus* ut secura laudent, dubia uelint *Halmius** ut aliis dubia, sibi ut secura uelint *Ritterus.* ut secura nolint *Rhenanus*

38 transeo ad formam et consuetudinem ueterum iudiciorum. quae etsi nunc aptior extiterit, eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur et liberae comperendinationes erant et modum dicendi sibi quisque sumebat et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit imposuitque ueluti frenos eloquentiae. ita tamen ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur; apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est quam quod causae centumuirales, quae nunc primum optinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calui, non denique ullius magni oratoris liber apud centumuiros dictus legatur? exceptis orationibus Asinii quae pro heredibus Vrbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis diui Augusti temporibus habitae,

2 et sic *D* | extiterit *Waltherus:* est ita erit *ABC* est ita [est] erit *D* est . . . . *E* est ueritati *Agricola* est ciuitati *Bipontina* existimatur *Acidalius* | eloquentiam *Lipsius:* eloquentia *ABCDE* | 4 paucissimas horas Δ*:* paucissimas *A* paucissimas (.s. horas) hosas .s. *C* paucissimas *BD* paucissimas *E* | 5 competendi nationes *B, corr. b* conphendinationes [et] *D* comperendinationis *E* | dicendo *BCDE* | 6 sumebant *D* | 7 haec *C:* he *D* hec *E* hic *AB* | ·IIj. *C* | Gn. *AB* | 8 astrinxit *BCDE* | 10 quanta *B* (*sed corr.*) *D* | 11 negocia *AB* | 13 quae] et *D* | obtinent *CE* | 14 aliquorum *AB* | 15 Coelii *B* | 18 Vrbiniae *Lipsius:* Vruie *AE* Vriuę *CD* urbinę *B* Vrinae *V* ironiae *p* | scribuntur *E*

postquam longa temporum quies et continuum populi otium et assidua senatus tranquillitas et maxime principis disciplina ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacauerat. paruum et ridiculum fortasse uidebi- 39
tur quod dicturus sum, dicam tamen uel ideo ut rideam. quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse paenulas istas quibus adstricti et uelut inclusi cum iudicibus fabulamur? quantum uirium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus in quibus iam fere plurimae causae explicantur? nam quo modo nobiles equos cursus et spatia probant, sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi et soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. ipsam quin immo curam et diligentis stili anxietatem contrariam experimur, quia saepe interrogat iudex quando incipias et ex interrogatione eius incipiendum est, frequenter probationibus et testibus silentium protinus indicit; unus inter haec dicenti aut alter adsistit et

21 ocium *AB* | tranquilitas *D* | maxime *Haasius:* maxima *AB* maximi *CDE* | 22 ipsam] ˡpī; *D* | onia depacauerat *A* omnia deparauerat (u *supra* r) *B* alia omnia pacauerat *E*

1 uidebitur *Vrsinus:* uidetur *ABCDE* | 2 ridear] *AB:* rideatur *CDE* | 4 astricti *BCDE* | 5 uirum *C* | 6 auditorie *E* | tabulariae *C* tabularie *E* fabularię Δ | 7 ferre *D* | 8 aequos *C* | et [partes] spatia *D* | 10 ipsa *CE* | 11 imo *BE* | 12 quando (ł quam *supra*) *AB* quam (.s. cam *supra*) quando *C* (*illud* scil. causam *add. c*) quam quando *D* quam *E* quando *p* causam quando *Bekkerus* | incipias (.s. causam *supra*) *A* | 13 est *om.* *D* | 14 protinus *Noltius* (?) *teste Halmio* (pronus *B*)*:* patronus *ABCDE* praetor *Orellius* importunus *Weissenbornius n. Jahrb. f. Philol. LVIII p.* 45 | 15 assistit *BCDE*

res uelut in solitudine agitur. oratori autem clamore plausuque opus est et uelut quodam theatro; qualia quotidie antiquis oratoribus contingebant, cum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent, cum clientelae quoque ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus adsisteret, cum in plerisque iudiciis crederet populus Romanus sua interesse quid iudicaretur. satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius ciuitatis et accusatos et defensos, ut frigidissimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. itaque hercule eius modi libri extant, ut ipsi quoque qui egerunt non aliis magis orationibus censeantur.

40 iam uero contiones assiduae et datum ius potentissimum quemque uexandi atque ipsa inimicitiarum gloria, cum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione aut *L.* Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent et ad incessendos principes uiros, ut est natura inuidiae, populi quoque ceu histriones auribus † uterentur,

19 coarctarent *BE* | clietele *D* | 20 et] ac *B* | 21 assisteret *BCD* assisterent *Ritterus* | 22 uitiis *D* | ·po· ro· *B* | 23 qui iudicarentur *D* | 28 hercle *CD* | qui *om. D* | 29 egerunt *corr. ex* egerint *B*

1 conciones *BCD* | 2 quenque *ACE* | inimiciciarum *A* inimititiarum *D* | 3 Publio *D* | 4 L. *ins. Ritterus* | Sylla *ABE* Sila *CD* | G. *A* Gn. *B* | 5 incensendos *D* | 6 ceu histriones *Schurzfleischius actt. litter. p.* 191: et histriones *ABCDE* ut histriones *Haasius* adrectioribus *Heumannus* | plausibus uterentur *Haasius*. *fort. scribendum est* auribus adularentur *siue* blandirentur | ut est natura populi, inuidiae quoque et irrisionis artibus uterentur *Bezzenbergerus progr. Dresd. a.* 1844 *p.* 47

quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admouebant! non de otiosa et quieta re loquimur et quae probitate et modestia gaudeat, sed est magna illa et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti libertatem uocabant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine † seruitute, contumax temeraria arrogans, quae in bene constitutis ciuitatibus non oritur. quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accipimus? quarum ciuitatum seuerissima disciplina et seuerissimae leges traduntur. ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis quae certo imperio contenta fuerit eloquentiam nouimus. Rhodii quidam, plurimi Athenienses oratores extiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia ut sic dixerim omnes poterant. nostra quoque ciuitas, donec errauit, donec se partibus et dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla superiorum reuerentia, nullus magistratuum modus, tulit sine dubio ua-

7 quem *D* | 8 *post* admouebant *multa intercidisse suspicabatur Heumannus.* non enim *Muretus* | ociosa *ABE* | otiosa re et quieta loquimur *D* | 11 uocant *Heumannus* | fomes *Acidalius* | 12 seueritate *P* ueritate *Steinerus progr. Crucenac. a.* 1863 *p.* 26 sanctitate *Boetticherus* lenitate *Hofman Peerlkamp in bibl. crit. noua V p.* 136 | 13 temerarius *E* | 14 Lacedemoniorum *D* | 15 accepimus *CD* | 16 sanctissimae leges *Schelius* | 17 ne *AD:* nec *BCE* | personarum *D* | 18 illius *BCD* | 19 rodii *D* | Athenieses *D* | oratores Athenienses *B* | 22 erauit *D* | 23 discensionibus *A* dissentionibus *D* | 25 iudutiis *D*

lentiorem eloquentiam, sicut indomitus ager habet quasdam herbas laetiores. sed nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit ut pateretur et leges, nec bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensauit.

41 sic quoque quod superest antiquis oratoribus fori non emendatae nec usque ad uotum conpositae ciuitatis argumentum est. quid enim? quod nemo nos aduocat nisi aut nocens aut miser. quod municipium in clientelam nostram uenit nisi quod aut uicinus populus aut domestica discordia agitat? quam prouinciam tuemur nisi spoliatam uexatamque? atqui melius fuisset non queri quam uindicari. quod si inueniretur aliqua ciuitas in qua nemo peccaret, superuacuus esset inter innocentes orator sicut inter sanos medicus. quo modo tamen minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in iis gentibus quae firmissima ualitudine ac saluberrimis corporibus utun-

27 sicuti (sicut *ed. Ald. a.* 1534) indomitus *p:* sicuti domitus *ABCDE* 28 hęrbas *B* | laetiores *Rhenanus:* latiores *ABCDE* | tanti *Rhenanus:* tuta *ABCDE* tanta *V* | .r. p. *B* | 29 Graccorum *D* Grecorum *E* | eloquentia[m] *D* | 30 bone [ł bene] *A* bene *B* (bonę (*p*) *b supra uersum add.*) | famam (Δ) *Muretus:* formam *ABCDE*

1 antiqui *Gronouius* | fori *Spengelius:* forum *ABD* horum *CE, del. Ritterus* | 2 emendatae *Lipsius:* emendare *ABCDE* | compositae *ABCE* | 3 quid enim quod nemo *B:* Quidem [ł quis eni:] quod nemo *A* quis enī quidē quod nemo *D* quas enim quod nemo *V* quis enim *CE* quidem quod nemo *p* | 4 clientelam *Pithoeus:* ciuitatem *ABCDE* | 6 prouintiam *D* | 8 fieri *Muretus* | uendicari *A* | 11 tamen] inde *AB* enim *Heumannus* deinde *Haasius. an* autem? | usu *D* | 12 his *E* | 13 a soluberimis *D*

tur, sic minor oratorum honor obscuriorque gloria est inter bonos mores et in obsequium regentis paratos. quid enim opus est longis in senatu sententiis, cum optimi cito consentiant? quid multis apud populum contionibus, cum de re publica non imperiti et multi deliberent sed sapientissimus et unus? quid uoluntariis accusationibus, cum tam raro et tam parce peccetur? quid inuidiosis et excedentibus modum defensionibus, cum clementia cognoscentis obuiam periclitantibus eat? credite, optimi et in quantum potest disertissimi uiri, si aut uos prioribus saeculis aut isti quos miramur his nati essent ac deus aliquis uitas ac tempora uestra repente mutasset, nec uobis summa illa laus et gloria in eloquentia neque illis modus et temperamentum defuisset. nunc, quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam et magnam quietem, bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur.’

finierat Maternus, cum Messalla: ‘erant quibus 42
contradicerem, erant de quibus plura dici uellem, nisi

14 honor *Orellius:* horum *BCDE, om A. an fuerit* nostrorum? | obscurior *CE* | 16 in senatu longis *D* | 17 optimi *Rhenanus:* optima *ABCDE* | 18 concionibus *BC* | r. p. *B.* | 19 sapietissimus *D* | 20 acusationibus *D* | 21 [orationibus] defensionibus *B* deffensionibus *D* | 23 potest *Nipperdeius Philol. I p.* 670*:* opus est *ABCDE* | 24 uri *C* | isti[s] *D* | 25 mirantur *D* | aliquis *corr. ex* aliquid *D* | uitas et *E* | 26 tempora uestra *Haasius*: uestra tempora *ABCDE.* uitas uestras ac tempora *Bekkerus* | 28 *post* temperamentum *Acidalius excidisse susp.* in certaminibus | 31 ulatur *C*

1 inierat *A* (F *in marg. minio picturus erat librarius*) | tum *p* | Messala *BCE* | 2 uelem *D*

iam dies esset exactus.' 'fiet' inquit Maternus 'postea arbitratu tuo, et siqua tibi obscura in hoc meo sermone uisa sunt, de iis rursus conferemus.' ac simul assurgens et Aprum complexus 'ego' inquit 'te poetis, Messalla autem antiquariis criminabimur.' 'at ego uos rhetoribus et scholasticis' inquit. cum adrisissent, discessimus.

3 iet *A* (*ut u.* 1) | 5 his *DE* | 7 Messala *BCE* Mesalla *D* | autem *Weissenbornius n. Jahrb. f. Phil. LVIII p.* 46*:* cum *ABCDE, om. p* | 8 rethoribus *D* | scolasticis *ADE* | arrisissent *BCDE*

Ego tantum repperi et meliusculum feci. CORNELI TACITI DE ORATORIBVS EXPLICIT FELICITER *A* FINIT FINIT FINIT *B* τελώσ. *C* CORNELII. TACITI. DE. ORATOR. DIALOG9. EXPL‣ *E*

er *15*, 4
. 8. 10.

adnotationi *adde ad c.* 19, 14 multorum *D.* 20, 21 enim *om. D.* 26, 1 optimo Δ. 28, 20 suboles Δ. 30, 13 aput Δ.